

DE INCARNATIONE CONTRA APOLLINARIUM¹

PG
26, 1097 Lib. I, 4. Ἀλλὰ λέγετε, ὅτι ἄκτιστος γέγονε τῇ ἐνώσει τῇ πρὸς τὸν 2056
ἄκτιστον. Ἐντεῦθεν δὲ ὑμῶν ἡ πλάνη δειχθήσεται αὐτέλεγκτος· ἡ γὰρ τῆς
σαρκὸς ἔνωσις πρὸς τὴν τοῦ Λόγου θεότητα ἐκ μήτρας γέγονεν· ἐντεῦθεν
γὰρ αὐτὴν ἀνεστήσατο ὁ Λόγος, ἐξ οὐρανῶν ἐπιδημήσας· οὐ προὑπάρξασαν
τῆς τοῦ Λόγου ἐπιδημίας, ἢ τῆς Θεοτόκου Μαρίας, μόνης ἐκ τοῦ Ἀδὰμ
καταγομένης, καὶ ἐκ τοῦ Ἀβραάμ καὶ ἐκ τοῦ Δαβὶδ γενεαλογουμένης, σὺν
τῷ Ἰωσήφ τῷ μεμνηστευμένῳ αὐτήν, ὄντων ἑκατέρων εἰς σάρκα μίαν, κα-
θὼς γέγραπται, οὐ τῇ πρὸς ἀλλήλους συναφείᾳ, ἀλλὰ τῇ ἐξ ἑνὸς ὑπάρξει·
ὅτι γὰρ ἀθιγεῖς διέμειναν, μεμαρτύρηται. Γεννᾶται οὖν ὁ Χριστὸς ἐν Βη-
θλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, τὸν Ἰωσήφ πατέρα καλῶν, ταυτὸν τῇ Μαρίᾳ τυγχά-
νοντα τοῦ Δαβὶδ.

PG
26, 1108 9. [...] Καὶ γὰρ καὶ ὁμοούσιον τὴν σάρκα τῆς θεότητος λέγειν ἐπιχει- 2057
ρεῖτε, οὐ συνορῶντες διπλὴν ὑμῖν γενομένην τὴν ἀπάντησιν τῆς ἀσεβείας.
Ταῦτα γὰρ ὑμῖν ἐπινενόηται λέγειν, ἵνα ἡ τὴν σάρκα ἀρνήσησθε, ἢ τὴν θεό-
τητα βλασφημήσητε, λέγοντες, φησὶν· Ἡμεῖς τὸν ἐκ Μαρίας λέγομεν ὁμοού-

PG
26, 1098 Lib. I, 4. Sed dicitis increatum factum esse, quod unitum sit 2056
cum increato. Hinc autem vestrum errorem sese falsi arguere osten-
detur. Nam carnis cum Verbi divinitate coniunctio ex utero facta
est; inde enim ipsi Verbum cum e coelo advenisset originem dedit,
quippe quae non erat antequam Verbum adveniret, aut ante Deipa-
ram Mariam, cuius solius origo ex Adamo, et genus ex Abraham et
Davide ortum² narratur, et una sponsi sui Ioseph, qui erant duo in
carne una, sicut scriptum est,³ non mutua inter se copulatione, sed
quod ex uno eodemque originem ducerent; nam quod illibati re-
manserint, testatum est. Nascitur ergo Christus in Bethlehem Iu-
daeae,⁴ Iosephque patrem suum vocat, qui eandem quam Maria ex
Davide originem ducebat.

PG
26, 1107 9. [...] Etenim carnem divinitati consubstantialiam dicere au- 2057
detis, non advertentes in duplicem vos incidisse impietatem. Idcirco
enim in hanc sententiam animum appulistis, ut vel carnem negetis,
vel in Deitatem blasphemetis, dicentes: Certe nos eum qui ex Maria

¹ Exstat inter *apocrypha* S. Athanasii. Al attribuit lib. I *Didymo* et lib. II *Ambrosio*, eius discipulo (cf. Al 280); Lau attribuit op. discipulis *Athanasii*, ca 380 (cf. Lau 158).

² Matth. I, 1.

³ Gen. II, 24.

⁴ Matth. II, 1.

σιον τοῦ Πατρὸς. Αὕτη δὲ ὑμῶν ἡ νομιζομένη εὐφημία δειχθήσεται ἢ περὶ ῥεργος ἢ ἀνόητος. Ἐπεὶ τίς τῶν πιστῶν οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν, ὅτι ὁ ἐπιδημήσας Θεὸς Λόγος, καὶ ἐκ Παρθένου τῆς ἁγίας Μαρίας προελθὼν ἄνθρωπος, ὁμοούσιος ὢν τοῦ Πατρὸς, ἐκ σπέρματος Ἀβραάμ γέγονεν ἄνθρωπος, οὗ καὶ υἱὸς ἀναγέγραπται, καὶ ὅτι ὁ ὁμοούσιος τοῦ Θεοῦ Λόγος γέγονε κατὰ σάρκα υἱὸς τοῦ Δαβίδ; Διὸ καὶ ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβίδ προφῆται καὶ ἀπόστολοι καὶ εὐαγγελισταὶ γενεαλογοῦσι τὸν Χριστὸν τὸ κατὰ σάρκα. Πῶς οὖν ταῦτα λέγοντες οὐκ ἐρυθριᾶτε, τὴν σάρκα, τὴν ἐκ σπέρματος Δαβίδ γενεαλογουμένην, ὁμοούσιον τοῦ Λόγου ἀποφαίνόμενοι;

2058

12. [...] Εἰ δὲ ὁμοούσιος τοῦ Λόγου ἡ σὰρξ καὶ συναῖδιος, ἐκ τούτου ἐρεῖτε καὶ τὰ πάντα κτίσματα συναῖδια τῷ τὰ πάντα κτίσαντι Θεῷ. Καὶ πῶς ἔτι Χριστιανοί, οἱ τοιαύταις συμπλεκόμενοι στραγγαλιαῖς; Τὸ γὰρ ὁμοούσιον καὶ ἀπαθὲς καὶ ἀνεπίδεκτον θανάτου, πρὸς τὸ ὁμοούσιον ἔνωσιν καθ' ὑπόστασιν οὐκ ἐπιδεχόμενόν ἐστιν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν· καθ' ὑπόστασιν δὲ τὴν ἰδίαν τελειότητα ἐκδεικνύμενον. Ὡστε τῇ νομιζομένη ὑμῶν εὐφῆμῳ ἐφευρέσει, ἢ τὴν ἐκ τῆς Παρθένου τῆς Θεοτόκου σάρκα ἀρνεῖσθε, ἢ τὴν θεότητα βλασφημεῖτε.

PG
26, 1113

2059

13. Διὸ οὐ δεῖ τὸν εὐσεβοῦντα τοιαύταις χρῆσθαι ἐπινοίαις· ἀλλ' ὅτι ὁ

PG
26, 1116

natus est, consubstantialem Patri dicimus. Porro haec vestra, quam praeclaram existimatis, loquendi ratio, aut superflua, aut stulta comprobabitur. Etenim quis e fidelibus non confiteatur Deum Verbum, qui advenit, et ex sancta Virgine Maria homo prodiit, Patrique consubstantialis est, ex semine Abrahae, cuius filius recensetur, hominem esse factum: aut Verbum, Deo consubstantiale, secundum carnem filium David factum esse? Ideo prophetae, apostoli, et evangelistae Christum ex semine David secundum carnem ortum duxisse narrant. Quomodo igitur, cum haec dicatis, non erubescitis carnem quae ex semine * David orta narratur, consubstantialem Patri asseverare?

*1110

2058

12. [...] Quod si Verbo consubstantialis est caro, et coaeterna; iam hinc dicetis omnes creaturas omnium creatori Deo coaeternas esse. At qui, quaeso, adhuc Christiani eritis, qui talibus vos laqueis implicatis? Nam quod consubstantiale, impassibile, et mortis incapax est, unionem cum consubstantiali non admittit secundum hypostasim, sed secundum naturam; porro secundum hypostasim, propriam perfectionem exhibet. Itaque per religiosum, ut aestimatis, vestrum commentum, aut carnem ex Virgine et Deipara assumptam negatis, aut in deitatem blasphematis.

PG
26, 1114

2059

13. Quamobrem nefas est pium hominem huiusmodi verborum

PG
26, 1115

πρὸ τῶν αἰώνων ὁμοούσιος ὢν Λόγος τῷ Πατρί, ἐπ' ἐσχάτων ἐκ τῆς ἀγίας καὶ Θεοτόκου Παρθένου τὴν τοῦ Ἀδὰμ πλάσιν καὶ ποιήσιν καινὴν ἀνεστήσατο, ἰδιοποιησάμενος καθ' ἑνωσιν· καὶ οὕτως ὥφθη ἄνθρωπος ὁ Χριστός, ὁ πρὸ αἰώνων Θεός.

*1128 * 20. Ἀλλὰ πάλιν λέγετε· Ἡμεῖς Θεὸν λέγομεν τὸν ἐκ Μαρίας. Πῶς τοίνυν λέγετε, ὡς Μαρκίων, Θεὸν ἐπιδημήσαντα, καὶ Θεὸν ἀθιγῶς προσεληλυθότα, φύσιν ἔχοντα ἀνεπίδεκτον σαρκὸς ἀνθρωπίνης; Ἡ πῶς λέγετε Θεόν, ὡς Παῦλος ὁ Σαμοσατεύς; τοῦτο γὰρ τῆς ἐκείνου ἀσεβείας τὸ πρόσχημα, Θεὸν ὁμολογεῖν τὸν ἐκ Μαρίας, πρὸ αἰώνων μὲν προορισθέντα, ἐκ δὲ Μαρίας τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως ἐσχηκότα. Λόγον δὲ ἐνεργῇ ἐξ οὐρανοῦ καὶ σοφίαν ἐν αὐτῷ ὁμολογεῖ, πλεῖον παρ' ὑμᾶς χαριζόμενος κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀσέβειαν· ὥσπερ ὑμεῖς λέγετε νοῦν ἐπουράνιον ἐν σώματι ἐμψύχω. Οὔτε δὲ σῶμα ἐμψυχον ἤδη ἄνθρωπος τέλειος, οὔτε νοῦς ἐπουράνιος ἤδη Θεός. Σῶμα γὰρ ἐμψυχον λέγεται, ἐφ' ᾧ ἐνυποστάτως τὸ τῆς ψυχῆς φέρεται ὄνομα. Σῶμα δὲ ἀνθρώπου σῶμα λέγεται, καὶ οὐ ψυχή· καὶ ψυχὴ ἀνθρώπου λέγεται, καὶ οὐ σῶμα, ἕτερον πρὸς ἕτερον ὂν, τουτέστι πνεῦμα πρὸς σῶμα. «Τίς δέ, φησίν, ἔγνω νοῦν Κυρίου;» Νοῦς Κυρίου οὕτω Κύριος, ἀλλὰ Κυρίου θέλησις, ἡ βουλή,

commentis uti: sed dicendum est Verbum quod ante saecula consubstantiale est Patri, in extremis temporibus, ex sancta et Deipara Virgine, Adae plasma et opificium novum restituisse, cum illud sibi per unionem proprium effecit: atque ita visus est homo Christus, qui ante saecula Deus erat.

*1127 * 20. Sed rursum dicitis: Nos Deum dicimus eum qui ex Maria natus est; cur itaque dicitis, veluti Marcion, Deum advenisse, ac Deum intactili modo accessisse, quod naturam habeat carnis humanae non capacem? Aut cur Deum illum dicitis sicuti Paulus Samosatensis? Ea enim est illius impietatis ratio, ut Deum confiteatur eum qui ex Maria natus est, qui ante saecula quidem praefinitus sit: qui tamen ex Maria initium existendi habuerit. Verbum autem efficax e coelo, et sapientiam in illo confitetur (ac plus quam vos, illi per suam impietatem attribuit) ut vos dicitis mentem coelestem in corpore animato. Verum nec corpus animatum eo ipso homo perfectus est: neque mens coelestis, eo ipso Deus est. Nam corpus animatum dicitur, in quantum nomen animae per modum subsistentis in illo exprimitur. Corpus autem hominis, corpus dicitur et non anima: et anima hominis, anima dicitur et non corpus: alterum ad alterum, id est spiritus ad corpus. *Quis autem, ait Scriptura, novit mentem Domini?*¹ Mens Domini, nondum Dominus; sed Domini voluntas, consilium,

¹ Rom. XI, 34.

ἡ ἐνέργεια πρὸς τι. Πῶς οὖν ταῦτα λαλεῖν ἐπινοεῖτε, πλαστοῖς λόγοις κα-
πηλεύοντες τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ; Ἄλλ' ἢ τοῦ Θεοῦ Ἑκκλησία οὔτε οὕτω
παρείληφεν, οὔτε οὕτω παρέδωκεν· ἀλλά, καθὼς γέγραπται, τὸν Θεὸν καὶ
Λόγον, τὸν ὄντα πρὸς τὸν Θεὸν πρὸ αἰώνων, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐπι-
δημήσαντα, καὶ ἐξ ἀγίας Παρθένου, καὶ ἐκ Πνεύματος ἁγίου γεννηθέντα
Υἱὸν ἀνθρώπου, ὡς γέγραπται· «Ἔως οὗ ἔτεκε τὸν Υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτό-
τοκον»· ἵνα γέννηται πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, αὐτὸς ὢν Θεὸς ἀληθι-
νός· ἵνα καὶ πάθῃ ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς ἄνθρωπος, καὶ λυτρώσῃται ἡμᾶς ἐκ πά-
θους καὶ θανάτου, ὡς Θεός.

- 2060 Lib. II, 5. Εἶπατε τοίνυν, πῶς λέγετε Θεὸν ἐκ Ναζαρετ γεγενῆσθαι, PG
26, 1137
τῆς θεότητος ὡς ἀρχὴν γενέσεως ἀπαγγέλλοντες κατὰ Παῦλον τὸν Σαμο-
σατέα, ἡ τῆς σαρκὸς * τὴν γέννησιν ἀρνούμενοι κατὰ Μαρκίωνα καὶ τοὺς *1140
ἄλλους αἰρετικούς, οὗ τῷ εὐαγγελικῷ στοιχοῦντες ὄρω, ἀλλ' ἐκ τῶν ἰδίων
λαλεῖν θέλοντες; Διὰ τοῦτο γὰρ λέγετε Θεὸν γεγενῆσθαι ἐκ Παρθένου, καὶ
οὐχὶ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον κατὰ τὸν εὐαγγελικὸν ὅρον· ἵνα μήποτε, γέννησιν
σαρκὸς ὁμολογήσαντες, φυσικὴν αὐτὴν εἶπητε, ἐπαληθεύοντες τῷ λόγῳ·
ἀλλὰ Θεὸν γεννηθέντα, ἰδίαν δὲ σάρκα δεῖξαντα ὡς ἐν δοκῇσει. Οὐ γὰρ ἀρχὴν
γεννήσεως ἐκ Ναζαρετ ὁ Θεὸς ἐπιδείκνυται· ἀλλ' ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώ-

aut efficacia ad aliquid. Quo igitur animo haec profertis verba, ver-
bisque commentitiis Verbum Dei adulteratis? Atqui Dei Ecclesia,
neque ita accepit, neque ita tradidit; sed, ut scriptum est, Deum
Verbum qui erat apud Deum ante saecula in consummatione saeculorum
advenisse: ac ex Maria Virgine, et ex Spiritu sancto genitum
esse Filium hominis, ut scriptum est, *Donec peperit Filium suum
primogenitum*:¹ ut fieret primogenitus in multis fratribus, cum tamen
Deus verus esset: ut et quatenus homo pro nobis pateretur, et qua-
tenus Deus, ex morte et passione nos redimeret.

- 2060 Lib. II, 5. Respondete igitur, qua ratione dicitis Deum ex PG
26, 1138
Nazaret factum fuisse, deitatisque initium existendi iuxta Paulum
Samosatensem ascribitis; aut * carnis generationem negatis, iuxta *1139
Marcionem et alios haereticos; nec in statutis evangelicis inceditis,
sed vultis ex propria loqui sententia? Ideo enim dicitis, Deum ex
Virgine natum esse, ac non Deum et hominem, iuxta evangelicam
definitionem: ne si carnis generationem confiteamini, ipsam natu-
ralem admittere cogamini, qua sane in re vere diceretis; sed Deum
genitum affirmatis, qui propriam carnem specie tantum exhibuerit.
Non enim Deus initium nascendi ex Nazaret sortitus est: sed qui

¹ Matth, I, 25.

νων Λόγος Θεὸς ἐκ Ναζαρετ ἄνθρωπος ὤφθη, γεννηθεὶς ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου καὶ Πνεύματος ἁγίου ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραάμ, καὶ τοῦ Ἀδάμ, ὡς γέγραπται· πάντα λαβὼν ἐκ Παρθένου, ὅσα ἀρχῆθεν ὁ Θεὸς εἰς σύστασιν ἀνθρώπου ἔπλασε καὶ ἐποίησε χωρὶς ἁμαρτίας· ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· «Καθ' ὁμοιότητα κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας», οὐ τῆς θεότητος μεταποίησιν ἐπιδειζάμενος, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότητος καινοποίησιν ἐργασάμενος, κατὰ τὸ αὐτοῦ θέλημα· ὥστε εἶναι τὰ ἔθνη «σύσσωμα, καὶ συμμετόχα» τοῦ Χριστοῦ, ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος γράφει· ἵνα καὶ ὁ ἄνθρωπος ἢ Θεὸς ἀληθῶς, καὶ ὁ Θεὸς ἢ ἄνθρωπος ἀληθῶς, ἵνα ἢ καὶ ἄνθρωπος ἀληθῶς καὶ Θεὸς ἀληθῶς· οὐχὶ ἀνθρώπου πρὸς τὸν Θεὸν ὄντος, ὡς ὑμεῖς συκοφαντοῦντες λέγετε, διασύροντες τὸ τῶν Χριστιανῶν μυστήριον· ἀλλὰ Θεοῦ τοῦ μονογενοῦς εὐδοκήσαντος τῷ πληρώματι τῆς θεότητος αὐτοῦ τὴν τοῦ ἀρχετύπου πλάσιν ἀνθρώπου, καὶ ποιῆσιν καινὴν, ἐκ μήτρας Παρθένου ἀναστήσασθαι ἑαυτῷ, φυσικῇ γεννήσει καὶ ἀλύτῳ ἐνώσει· ἵνα τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων σωτήριον πραγματεῖαν ποιήσῃται, ἐν πάθει καὶ θανάτῳ καὶ ἀναστάσει τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων κατεργαζόμενος.

existit ante saecula Verbum Deus, ex Nazaret homo visus est: natus ex Maria Virgine, et Spiritu sancto, in Bethlehem Iudaeae, ex semine David, Abrahæ et Adæ uti scriptum est: omniaque assumpsit ex Virgine, quaecumque ab initio Deus ad constitutionem hominis efformavit et condidit, excepto peccato. Ut Apostolus quoque ait: *pro similitudine per omnia, praeter peccatum*:¹ nec divinitatis mutationem, sed humanitatis innovationem arbitrio suo effecit; quo gentes Christo *concorporales et comparticipes*² fierent, quemadmodum scribit Apostolus: utque homo revera Deus, et Deus revera homo foret: essetque ille vere homo, et vere Deus: non quod homo apud Deum esset, ut vos calumniantes, Christianorumque mysterio obtrectantes dicitis: sed quod Deo unigenito placuerit, plenitudine suae divinitatis archetypi hominis naturam, novumque opificium, ex utero Virginis in seipso per naturalem generationem, et indissolubilem unionem restaurare; ut et pro hominibus salutare negotium perficeret, inque passione, morte et resurrectione, hominum redemptionem absolveret.

¹ Hebr. IV, 15.

² Ephes. III, 6.

• PG 26, 1136, 1145, 1152.

DE SANCTA TRINITATE DIALOGUS IV¹

2061 2. Ὁρθ. [...] Θεός, βουληθεὶς ὁφθῆναι, ἤνωσεν ἑαυτῷ σῶμα τὸ δυνάμενον PG 28, 1252
ὁφθῆναι· καὶ βουληθεὶς παθεῖν, ἤνωσεν ἑαυτῷ σῶμα ἔμψυχον τὸ δυνάμενον
παθεῖν ἐκουσίως, οὐ πρότερον ὑπάρξαν, καὶ τότε κατ' ἀρετὴν ἐνωθέν· οὔτε
ἐξ ἀνθρώπου ἀπλῶς τῆς Μαρίας, ἀλλὰ πρότερον αὐτῆς ἁγιασθείσης, καὶ τότε
ἐξ αὐτῆς μετασχόντος τοῦ Θεοῦ Λόγου τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ ἐνώσαντος
ἑαυτῷ κατ' οἰκονομίαν ἔμψυχον σῶμα, ὡς εἶναι ἓνα τὸν αὐτὸν Θεὸν καὶ ἄν-
θρωπον.

3. Ἀπολλ. Δύο οὖν τέλεια. Ὁρθ. Δύο οὐσιῶν τελείων ἔνωσις. Ἀπολλ. 1253
Δύο τελείων ἐν τέλειον οὐ γίνεται. Ὁρθ. Παρ' ἀνθρώποις ἴσως ἀδύνατον γε-
νέσθαι, παρὰ δὲ Θεῷ δυνατόν. Ἀπολλ. Πῶς; Ὁρθ. Ὡς τὸ Παρθένον γεν-
νῆσαι, ὡς τὸ θυρῶν κεκλεισμένων σῶμα παχυμερές εἰσελθεῖν, ἐκ σαρκῶν
καὶ ὀστέων συμπαγόν, ὡς τὸ περιπατῆσαι ἐπὶ θαλάσσης. Ὡς γὰρ ταῦτα
δυνατὰ παρὰ Θεῷ, κάκεῖνο. Ἀπολλ. Ἀνθρωπον οὖν ἐγέννησεν Μαρία; Ὁρθ.
Ψιλόν, οὐ· ἀλλὰ Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα. Πρῶτον γὰρ ὁ Κύριος μετ' αὐτῆς
θεϊκῶς, καὶ τότε ἐξ αὐτῆς οἰκονομικῶς παιδίον· διὸ καὶ Θεοτόκος ἡ Μαρία.

2061 2. *Orthodoxus* [...] Deus cum vellet conspici, univit sibi corpus PG 28, 1251
quod conspici posset: et pati volens, univit sibi corpus animatum
quod sponte pati posset, neque quod quidem prius exstiterit, postea
vero virtute unitum fuerit: neque simpliciter ex homine Maria, sed
ipsa prius sanctificata, ut Deus Verbum desumptam ex ea humani-
tatem, tum demum participans, et sibi ipsi per oeconomiam uniens
corpus animatum, unus et idem esset Deus et homo.

3. *Apollinarista*. Duo sunt igitur perfecta. *Orth.* Imo duarum per- 1254
fectarum substantiarum unitio. *Apoll.* Ex duobus perfectis unum per-
fectum non efficitur. *Orth.* Apud homines fortassis id fieri non potest,
sed apud Deum fieri potest. *Apoll.* Quomodo? *Orth.* Ut quod Virgo ge-
nuerit, ut quod ianuis clausis corpus solidum, et ex carnibus et ossi-
bus compactum, introierit, ut quod supra mare ambularit. Nam ut
haecabilia apud Deum, ita et illud. *Apoll.* Hominem igitur ge-
nuit Maria? *Orth.* Nudum et dumtaxat hominem, nequaquam, sed
Deum, hominem factum. Primum enim Dominus fuit cum ea divine,
et tum demum infantulus ex ea oeconomice: quamobrem etiam Dei-
para est Maria.

¹ Dialogus iste, et subsequens, qui exstant inter spuria *S. Athanasii*, a viris
doctis tribuuntur *Didymo* (Günthör, Stolz), vel *Maximo Conf.*, *Diodoro Tars.*,
aut *Theodoreto Cyren.*, vel *Apollin. Laod.* Cf. Qua II, 34, 91.

PG
28, 1256
*1257

5. [...] 'Ορθ. 'Αλλά ὁ ὦν πρὸ τῶν αἰώνων Θεὸς Λόγος, βουλευθεὶς ἐναν-
θροπῆσαι, * ἡγίασεν τὴν Παρθένον, καὶ ἤνωσεν ἑαυτῷ ἐξ αὐτῆς σῶμα, οὐ
πρότερον ὑπάρξαν, καὶ τότε ἐνώσας, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ ὑπάρξει ἐνώσας.

5.* [...] 'Απολλ. Θεὸς ἦν ὁ Λόγος ὁ γεννηθεὶς ἐκ Μαρίας; 'Ορθ. 'Ο
γεννηθεὶς ἐκ Μαρίας, τὸ ἐκ ταύτης ὃν τῆς οὐσίας, οὐκ ἦν Θεὸς οὐσιωδῶς,
ἀλλὰ ἐνώσεως οἰκονομίᾳ. 'Απολλ. Καὶ πῶς «Εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς
κοιλίας σου», λέγεται; 'Ορθ. 'Επειδὴ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ὦν Θεὸς
Λόγος, ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς, ἔλαθε μορφὴν δούλου, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς
ἄνθρωπος, καρπὸς τῆς κοιλίας αὐτῆς εὑρέθη. 'Απολλ. Συνῆπται οὖν ὁ Λό-
γος τῷ ἐνωθέντι σώματι ἐξ αὐτῆς, ὡς ζῶον; 'Ορθ. 'Ὡς ζῶον οὐ γέγραπται,
ἀλλ' ὡς ἐν ναῷ ζῶντι.

1260

6. 'Απολλ. Οὐκοῦν οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ὁ γεγεννημένος ἐκ Μαρίας;
'Ορθ. Μόνον ἄνθρωπος, οὐ. 'Απολλ. 'Αλλὰ καὶ τί; 'Ορθ. 'Αλλὰ καὶ Θεός·
ὡς γὰρ οὐκ ἔστι μόνον σὰρξ 'Ισαὰκ γεγεννημένος ἐκ τοῦ 'Αβραάμ, οὐδὲ ἄλ-
λος τις τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου γεγέννηται ἕκαστος
ἡμῶν, οὐ γεννωμένης ψυχῆς λογικῆς ἐκ ψυχῆς λογικῆς· καίτοιγε τοῦ ἀνθρώ-
που ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος συγκειμένου· οὕτω Θεὸν λέγω τὸν ἐκ
Μαρίας γεγεννημένον, ψυχῇ καὶ σώματι ἐνωθέντα. Καθάπερ γὰρ ἐνωθεῖσα

2062

PG
28, 1258

5. [...] *Orth.* Deus Verbum, quod erat ante saecula, cum vellet fieri
homo, sanctificavit Virginem, et corpus ex ea sibi univit, non quod
prius exstiterit, et tum demum univerit, sed in ipsa existentia uniens.

5.* [...] *Apoll.* At nonne Deus erat Verbum qui genitus est ex
Maria? *Orth.* Qui genitus est ex Maria, quantum ad id attinet, quod
ex eadem est substantia atque Maria, non erat Deus substantialiter,
sed oeconomia unitiois. *Apoll.* Quomodo igitur dicitur: *Benedictus*
*fructus ventris tui?*¹ *Orth.* Quoniam Deus Verbum quod est ex Pa-
tris substantia, formam servi accepit, et habitu inventum ut homo,
fructus etiam esse ventris ipsius compertum est. *Apoll.* Coniuctum-
ne est igitur Verbum unito corpori ex Maria desumpto, sicut ani-
mal? *Orth.* Non scriptum est, sicut animal, sed, ut in templo vivo.

1259

6. *Apoll.* Homo igitur non est, qui ex Maria genitus est? *Orth.*
Solummodo quidem homo, nequaquam. *Apoll.* Sed quidnam prae-
terea? *Orth.* Sed etiam Deus. Sicut enim Isaac genitus ex Abra-
hamo, nec alius quisquam hominum, est caro dumtaxat sed
unusquisque nostrum genitus est homo ex homine, non quod
anima rationalis alteram animam rationalem genuerit; quamvis
homo sit ex anima rationali et corpore compositus; ita illum, qui
ex Maria genitus est, appello Deum, animae videlicet et corpori uni-
tum. Quemadmodum enim si anima corpori unita fuerit, gignitur

2062

¹ Le. I, 42.

ψυχῇ σώματι, γεννᾶται ἄνθρωπος διὰ γυναικός, οὕτως ἐνωθεὶς Θεὸς Λόγος ψυχῇ καὶ σώματι, ἐγεννήθη Θεὸς καὶ ἄνθρωπος διὰ γυναικός. Ἀπολλ. Καίτοιγε « ἐκ γυναικός » γέγραπται. Ὁρθ. Ἐκ γυναικός κατὰ σάρκα, διὰ τῆς γυναικός κατὰ πνεῦμα. Ἀπολλ. Ὁ ἴδιος Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὃν παρέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν, τίς ἐστίν; ὁ Λόγος, ἢ ὁ ἄνθρωπος; Ὁρθ. Ὁ ἴδιος Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, αὐτός ἐστιν « ὁ ταπεινώσας ἑαυτόν, μορφὴν δούλου λαβὼν », καὶ ἐν αὐτῇ τῇ δουλικῇ μορφῇ παραδοθεὶς. Ἀπολλ. Οὐχ ὁ γεννηθεὶς οὖν ἐκ Μαρίας Ἰησοῦς, ἀλλ' ὁ γεννηθεὶς δι' αὐτῆς Λόγος, αὐτὸς ἑαυτόν ἐταπείνωσε μέχρι θανάτου. Ὁρθ. Μὴ δίαίρε τὴν ἅπαζ ἐνωθεῖσαν ἑνωσιν. Εἶπον γάρ, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἴδιος Υἱός, ὁ ἐξ αὐτῆς κατὰ σάρκα, καὶ δι' αὐτῆς κατὰ πνεῦμα.

DE SANCTA TRINITATE DIALOGUS V

- 2063 6. Ἀπολλ. Οὐδεὶς ἀνθρώπων προϋπάρχει τῶν πρεσβυτέρων αὐτοῦ. Χριστὸς δὲ προϋπάρχει τῶν κατὰ σάρκα πρεσβυτέρων· οὐκ ἄρα ἄνθρωπος, εἰ μὴ κατὰ σάρκα. Ὁρθ. Χριστὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα οὐ προϋπάρχει τῶν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα πρεσβυτέρων αὐτοῦ· προϋπάρχει δὲ κατὰ τὴν θεότητα οὐ τῶν κατὰ σάρκα πρεσβυτέρων μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν αἰώνων, Θεὸς ὢν αὐτῶν. Οὐκ ἄρα Χριστὸς κατὰ σάρκα πρὸ τῆς Μαρίας. Πῶς

PG
28, 1268

homo per mulierem, ita Deus Verbum, ubi unitum est animae et corpori genitus est Deus et homo per mulierem. *Apoll.* Atqui *ex muliere* scriptum est.¹ *Orth.* Ex muliere, secundum carnem: per mulierem secundum Spiritum. *Apoll.* Proprius ille Dei Filius, quem pro nobis tradidit, quisnam est, Verbum, an homo? *Orth.* Proprius Dei Filius ille est, qui *humiliavit semetipsum, formam servi accipiens*,² et in illa servili forma traditus est. *Apoll.* Non igitur Iesus ex Maria genitus, sed per eam genitum Verbum, is est, qui semetipsum humiliavit usque ad mortem. *Orth.* Ne separa unionem semel unitam. Dixi enim, eum esse proprium Filium, qui ex ea sit secundum carnem, et per eam secundum Spiritum.

- 2063 6. *Apoll.* Nullus homo existit ante eos, qui aetate ipsum praecedunt: Christus autem exstitit ante eos, qui secundum carnem ipsum aetate praecesserunt. Non est igitur homo, nisi secundum carnem. *Orth.* Christus, si humanam naturam spectes, non existit ante eos, qui secundum humanam naturam fuerunt ipso seniores: sed quod ad deitatem attinet, exstitit non modo ante eos, qui secundum carnem fuerunt ipso seniores, verumetiam ante omnia saecula, ut qui sit eorum Deus. Ergo non fuit Christus ante Mariam,

PG
28, 1267¹ Gal. IV, 4.² Philipp. II, 8.

γὰρ τὸ ἐξ αὐτῆς ὄν, πρὸ αὐτῆς ὑπάρχει; προϋπάρχει δὲ αὐτῆς θεϊκῶς, Θεὸς ὢν αὐτῆς· καὶ ἔστιν ὁ αὐτός, ὡς Θεὸς προϋπάρχων, καὶ ὡς ἄνθρωπος ἐξ αὐτῆς.

1272 11. Ἀπολλ. Πᾶς ἄνθρωπος νεκροῖ τὴν σάρκα πρὸς τὸ τελειωθῆναι κατ' ἀρετὴν· Χριστὸς δὲ οὐ· οὐκ ἄρα ἄνθρωπος ὁ Χριστός. Ὁρθ. Ποία νεκρώσει ἐνέκρωσεν ἑαυτοῦ τὴν σάρκα ὁ Ἰωάννης, σκιρτῶν ἐν κοιλίᾳ, καὶ ὀφθεῖς ἐν ἀγαλλιάσει; Εἰ δὲ καὶ δοθείη, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος νεκροῖ τὴν σάρκα πρὸς τὸ τελειωθῆναι κατὰ ἀρετὴν, ἀλλὰ τελειωθείς, καὶ ἐν οὐρανῷ πολίτευμα ἔχων, ζωοποιεῖσθαι αὐτὸν παρασκευάζει διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῷ Πνεύματος, ὡς ἐν ἀρετῇ τελειωθέντα λέγειν· « Τὸν δρόμον τετέλεκα ». Χριστὸς δὲ οὐκ ἐξ ἀσκήσεως τετελείεται, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ συλλήψει ἐξ ἐνώσεως Ἑμμανουὴλ τεχθεὶς, Θεὸς ἐστὶ καὶ ἄνθρωπος· διὸ καὶ Θεοτόκος ἡ Μαρία.

PG 28, 1281 28. [...] Ὁρθ. Διὰ γὰρ τοῦτο ἔλαθε παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξουσίαν κρίσιν ποιεῖν, 2064 Κύριος ὢν τῆς δόξης καὶ πάσης ἐξουσίας, ἐπειδὴ, Θεὸς Λόγος ὢν, ἐγένετο ἄνθρωπος, ὅλην ἀνθρωπότητα λαβὼν. Ἡ γὰρ μορφή τοῦ δούλου ὅλη ἐστὶν ἀνθρωπότης, ὡς ἡ μορφή τοῦ Θεοῦ ὅλη θεότης. Καὶ ἡμεῖς καὶ ἄγγελοι προσκυνοῦμεν αὐτῷ τῷ Θεῷ Λόγῳ, μορφήν δούλου λαβόντι· καὶ οὐκ ἐν μέρει τὸν Θεὸν προσκυνοῦμεν, καὶ ἐν μέρει τὸν ἄνθρωπον· οὐδὲ κτίσμα καὶ κτίστην ἐν ἴσῳ τιθέμεθα· ἀλλ' ὥσπερ σύ, εἰ γε ὁμολογεῖς καὶ γοῦν σάρκα ὁμοούσιον

quod ad carnem attinet. Quomodo enim ante ipsam exstiterit, * quod ex ipsa est? Sed quatenus Deus est, exstitit ante ipsam, cum sit ipsius Deus: estque idem ante ipsam ut Deus, et ex ipsa, ut homo.

1271 11. *Apoll.* Omnis homo ut virtute perficiatur carnem mortificat. At Christus non mortificat. Non est igitur homo Christus. *Orth.* Qua mortificatione Ioannes carnem suam mortificavit subsiliens in utero, et exsultare visus? Quod si etiam concederetur omnem hominem, ut virtute perficiatur, carnem suam mortificare, at certe iam perfectus, et in coelis versans, ipsi vivificationem parat per inhabitantem in ipso Spiritum, ut postquam virtute perfectus fuerit, dicat: *Cursum consummavi*.¹ Caeterum Christus perfectus non evasit ulla exercitatione, sed in ipso conceptu ex ipsa unitione, natus Emmanuel, Deus et homo est: quamobrem etiam Deipara est Maria.

PG 28, 1282 28. [...] *Orth.* Qui Dominus est gloriae omnisque potestatis, ideo 2064 accepit iudicii exercendi potestatem, quod cum Deus esset Verbum, factus sit homo, totam naturam assumens humanam. Forma enim servi est tota humana natura, ut forma Dei est tota deitas. Et nos, et angeli ipsum Deum Verbum adoramus, qui formam servi assumpsit: neque partim Deum, partim hominem adoramus, neque rem creatam Creatori aequiparamus: sed ut tu ipse, si quidem eum con-

¹ II Tim. IV, 7.

ἡμῶν αὐτὸν λαβόντα ἐκ τῆς Παρθένου, προσκυνεῖς αὐτὸν σαρκωθέντα μετὰ τῆς σαρκός, οὐκ ἐν ἴσῳ τιθεῖς τὴν σάρκα καὶ τὴν θεότητα, οὐδὲ χωρίζων τὴν σάρκα, καὶ ἐν μέρει προσκυνῶν αὐτήν, ἀλλὰ τὴν θεότητα μετὰ τῆς σαρκὸς προσκυνεῖς· οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν θεότητα ἐνανθρωπήσασαν προσκυνοῦμεν, οὐ χωρίζοντες αὐτήν τῆς ἀνθρωπότητος.

29. [...] Ὁρθ. Ἀλλ' ὥσπερ τὸ σῶμα τὸ ἐκ Μαρίας, ἐαυτοῦ σῶμα ἔλεγεν 1284 ὁ Θεὸς Λόγος, οὐ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὃν τῇ θεότητι. [...]

[...] «Ὡμοίωται» γὰρ «κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁ Θεὸς Λόγος», ἐνωθεὶς ἀνθρωπότητι, καὶ προσκυνεῖται Θεὸς ἐνανθρωπήσας· καὶ συνάφειαν ἡμῖν πρὸς αὐτὸν δίδωσι, μετασχὼν αἵματος καὶ σαρκός, καὶ προσκυνεῖται ὁ αὐτός, ἐνώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς ὡς ἄνθρωπος, φύσει δὲ καὶ οὐσίᾳ ὢν Θεός. Τί δὲ καὶ λέγειν ἐτόλμησας μέρος Θεοῦ τὴν σάρκα τὴν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, τὴν ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου, τὴν οὐ φαντασίᾳ σάρκα, ἀλλ' ἀληθεῖα, καὶ * μετὰ 1285 τὴν ἀνάστασιν φανεῖσαν;

IN ANNUNTIATIONEM S. MARIAE

2065

Sermo II.¹ I. [...] Χαίρωμεν οὖν εἰκότως μετὰ τῆς τὴν χάριν δεξαμένης, καὶ προσφθεγγόμεθα σὺν τῷ Γαβριὴλ τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Μητέρα, λέγοντες· «Χαῖρε,

PG
89, 1377

fiteris carnem saltem nobis consubstantiali ex Virgine accepisse, adoras ipsum incarnatum cum carne, neque tamen carnem deitati exaequas, neque carnem segregas, et partem adoras, sed deitatem cum carne adoras: ita et nos deitatem, quae seipsam homini univit, adoramus, nec eam ab humana natura seiungimus.

29. [...] Orth. Corpus ex Maria desumptum, Deus Verbum suum esse 1283 corpus dixit, quod tamen non est eiusdem atque deitas ipsa naturae. [...]

[...] *Est enim Deus Verbum per omnia fratribus suis similis factus,*² cum naturae humanae * uniretur et adoratur Deus homo factus, 1286 suique nobiscum coniunctionem nobis praebet, particeps factus sanguinis et carnis: idemque adoratur, ut qui homo quidem sit, quoniam nobis est unitus, natura vero et substantia sit Deus. Quorsum vero ausus etiam es dicere portionem Dei esse carnem illam quae ex semine Davidis est, et ex Maria Virgine, quaeque sese non phantasia, sed reipsa carnem esse, post ipsam quoque resurrectionem demonstravit?

2065

Sermo II. I. [...] Cum ea quae gaudium suscepit, gaudeamus, Deique nostri Matrem in haec verba cum Gabriele salutemus: *Ave, gratiosa;*

PG
89, 1378

¹ Viri docti dubitant aut negant hunc Sermonem, et subsequentem, esse S. Anastasii Antioch. († ca 598). Cf. Lau 169; Al 549; M. SCADUTO, in EnC, I, 1158.

² Hebr. II, 17.

● PG 28, 1272.

κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ»· ὅτι γέγονας ἡμῖν ὁδὸς σωτηρίας, καὶ ἀνάβασις πρὸς οὐρανόν, καὶ τόπος ἀναπαύσεως, καὶ σκηνὴ ἀναψύξεως, ἐν ᾗ κατεσκήνωσεν ὁ Κύριος. Διὰ τοῦτο σὺν πάσαις ταῖς γενεαῖς μακαριοῦμέν σε μόνην ἐν γυναιξίν· ἣν οὐκ ἐξέκαυσεν ἥλιος ἡδονῆς φλόγα ἐπάγων, οὐδὲ νυκτὸς σελήνης ῥοώδης ἔδλαψε δύναμις. «Οὐ γὰρ ἔδωκας εἰς σάλον τὸν πόδα» τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἔμεινας ἀκλινής, ἐπὶ τὴν πέτραν τοῦτον ἐρείσασα· καὶ ἐφύλαξέν σε ὁ Κύριος, μόνος εἰσελθὼν ἐπὶ σοί, καὶ ἐκ σοῦ προελθὼν, καὶ κεκλεισμένην, καὶ ἐσφραγισμένην διατηρήσας σε εἰς τὸν αἰῶνα. Χαίροις τοίνυν, ὦ Μῆτερ καὶ Παρθένε, καὶ τροφὴ τῆς ζωῆς, καὶ πηγὴ τῆς ἀθανασίας· ἐκ σοῦ γὰρ προῆλθεν ὁ φθορεὺς τῆς φθορᾶς, καὶ ὁ θανατώσας τὸν θάνατον. Ἡμεῖς οὖν, ἀδελφοί, ταῦτα πρὸς τὴν Θεομήτορα κατὰ δύναμιν εἰπόντες, νεύσωμεν λοιπὸν πρὸς ἑαυτούς, καὶ γινώμεν τῆς ἡμέρας τὴν δύναμιν, καὶ ἐγκαινίσωμεν σήμερον τὴν ἡμῶν γέννησιν. Καὶ ἔστιν ἡμῖν ἡ ἡμέρα αὕτη κλητὴ ἀγία, ἐν ᾗ ἐπλάσθημεν, καὶ πρὸς τὴν ἀρχαίαν ζωὴν ἐπανήλθομεν. Παράδοξον δὲ ὑμῖν ἴσως δόξῃ τὸ λεγόμενον· λεχθήσεται δ' ὅμως, Θεοῦ δύναμιν διδόντος, καὶ χορηγοῦντος λόγον τῷ λέγοντι.

II. Ἀλλὰ πόθεν δὴ δῶμεν ἀρχὴν τῷ διηγήματι, ἥ ἐκ τῶν τοῦ εὐαγγελιστοῦ ῥημάτων; αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἀρχέτω τοῦ λόγου, ὁ καὶ τὴν ἡμέραν ταύ-

*Dominus tecum:*¹ quod facta sis nobis salutis via, ascensusque ad superos, ac locus requietionis, refrigeriique tabernaculum in quo Dominus habitavit. Quamobrem cum omnibus generationibus te solam beatam in mulieribus dicemus, quam neque sol, voluptatis flammam immittens, adussit, neque fluxa vis lunae noctu laesit. *Non enim dedisti in commotionem pedem*² animi, sed eo fixo in petra, inflexa mansisti: teque Dominus custodivit, in te solus ingrediens ac ex te egrediens,³ clausamque ac obsignatam in aeternum servans. Salvesis ergo, Mater pariter ac Virgo, vitaeque cibus ac fons immortalitatis: ex te enim is prodiit, qui interemit corruptionem ac mortem destruxit. Nos itaque, fratres, iis ad Dei Matrem pro nostra facultate dietis, in nos ipsi deinceps spectemus, ac noverimus diei virtutem, nataleque nostrum hodie dedicemus. Ita plane hic nobis dies vocatus est sanctus, in quo formati ad antiquam vitam postliminio reversi sumus. Porro vobis videatur forte novum quod dicitur: dicetur tamen, Deo largiente virtutem, ac dicenti subministrante sermonem.

II. Unde vero potius quam ab Evangelistae verbis ordienda nobis narratio sit? Ipse nimirum sermonem auspicetur, qui et diem

¹ Lc. I, 28.

² Ps. CXX, 3.

³ Ezech. XLIV, 2.

την γνωρίσας. «'Εν τῷ μηνί, φησί, τῷ ἕκτῳ, ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριήλ παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ἥ ὄνομα Ναζαρέτ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου Μαριάμ». Καὶ ἴσως ἀπορήσειεν τις τῶν ἀκριβοῦντων τὰ τοιαῦτα· Τί ἐστὶν ὁ ἕκτος μῆν, καὶ πόθεν ἀριθμούμενος; ὃ παριστᾶν βουλόμενοι τὸ σαφές, ἀνατρέχωμεν εἰς τὰ μικρῷ πρότερον τῷ εὐαγγελιστῇ εἰρημένα. Φησὶ γάρ· «Μετὰ ταύτας τὰς ἡμέρας συνέλαβεν ἡ Ἐλισαβέτ, ἡ γυνὴ Ζαχαρίου, καὶ περιέκρυθεν ἑαυτὴν μῆνας πέντε», καὶ τὰ ἐξῆς. Εἶτα ἐπάγει· «'Εν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριήλ πρὸς τὴν Μαριάμ». Οὐδὲν δὲ ἤττον φήσειεν, ὅτι οὕτως ἔμεινεν ἡ ἀσάφεια. 'Εν γάρ τῷ τὸν εὐαγγελιστὴν εἰπεῖν· «Μετὰ δὲ ταύτας τὰς ἡμέρας συνέλαβεν ἡ Ἐλισαβέτ», οὐκ ἐσήμανεν ποίας ἡμέρας. Καὶ δοκεῖ μοι καλῶς ἀπορεῖν ὁ τοῦτο λέγων· μαθήσεται δὲ ὑπέχων τὸ οὖς πρὸς τὴν ἀκρόασιν, καὶ συνετῶς δεχόμενος τὰ λεγόμενα.

2066

III. [...] Τῷ οὖν ἕκτῳ τῆς συλλήψεως τῆς Ἐλισαβέτ μηνί, ἀπεστάλη ὁ Γαβριήλ, ὡς γέγραπται, πρὸς Μαρίαν· οὐ πάντως πεπερασμένου τοῦ ἕκτου μηνός, ἀλλ' ἐν τῷ πλάτει τοῦ παντός μηνός. Οὔτε γάρ ἡ εὐαγγελικὴ ἱστορία πληροῦσθαι λέγει τὸν ἕκτον μῆνα, ὅτε ὁ πρὸς τὴν Παρθένον ἀσπασμός, ἔτοι

PG
89, 1380

hanc notam fecit. *In mense*, inquit, *sexto missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph, de domo et familia David, et nomen Virginis Maria.*¹ Forte vero quaerat quis talium studiosus rimator: quid velit sextus ille mensis, ac unde numerandus sit? Ut vero quod res habet aperte suggeramus, ad ea recurrendum quae paulo superius dicta sunt ab Evangelista: ait enim: *Post hos dies concepit Elisabeth uxor Zachariae, et occultavit se mensibus quinque,*² etc. Tumque subdit: *In mense autem sexto missus est angelus Gabriel ad Mariam.*³ Verum, dicet, nihil minus his positis obscura manet narratio. Quod enim Evangelista dixerit: *Post hos autem dies concepit Elisabeth;* haud tamen quos velit dies, significavit. Ac certe videtur recte quaerere, qui sic ait: docebitur autem, dummodo aurem auditioni accommodans, intelligenti animo quae dicuntur acceperit.

2066

III. [...] Sexto igitur mense a conceptione Elisabeth, missus est Gabriel, uti scriptum est, ad Mariam: non omnino finito sexto mense, sed intra eius totam latitudinem. Neque enim historia evangelica impletum habet sextum mensem, quo tempore facta est Vir-

PG
89, 1379¹ Lc. I, 26, 27.² Lc. I, 24.³ Lc. I, 26.

εὐαγγελισμός, ἐγένετο· οὔτε οἱ λόγοι τοῦ Γαβριήλ, οἱ πρὸς αὐτήν, τοῦτο ἐμφαίνουσιν, ἀλλ' ἡ μὲν ἱστορία φησὶν· «Ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος». Ὁ δὲ ἄγγελος πρὸς τὴν Παρθένον φησὶ· «Καὶ ἰδοὺ ἡ συγγενής σου, καὶ αὕτη συνείληφεν υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς, καὶ οὗτος μὴν ἕκτος αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρα».

1384

VIII. Διὸ ἐν αὐτῇ ἡμέρᾳ, «Ἀπεστάλη ὁ Γαβριήλ», εὐαγγελιζόμενος τῇ Παρθένῳ τὴν ἄφθορον γέννησιν, καὶ τὴν ἐσομένην τοῖς ἔθνεσι δι' αὐτῆς σωτηρίαν προκαταγγέλλων αὐτῇ· ἅμα τε τῷ ἀσπασμῷ, «Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο», ἀναπλάττων τὸ πλάσμα, ὃ ἐφθειρεν ἡ ἁμαρτία, τοῖς τοῦ πονηροῦ ὄψεως λόγοις συνεισελθοῦσα. Ἔδει γάρ, ἔδει τὴν καταφθαρεῖσαν σάρκα τῷ συριγμῷ τοῦ ὄψεως, τῷ ἀσπασμῷ τοῦ ἀγγέλου πρὸς ἀφθαρσίαν ἐπανελθεῖν· καὶ ὥσπερ διὰ γυναικὸς ἐνηργήθη ὁ θάνατος, οὕτω διὰ γυναικὸς οἰκονομηθῆναι ἔδει τὴν σωτηρίαν. Δι' ἐκείνην ἡδονὴν κλαπεῖσαν, ἀπεθάνομεν πάντες· [διὰ ταύτην ἐξωποιοιήθημεν]· οὐκ ἔχεῖνα μόνον λαβόντες ὧν ἐκπεπτώκαμεν, ἀλλὰ πολλῶ μείζονα καὶ πλουσιώτερα, ἃ νοῦς μὲν ἀνθρώπων φαντασθῆναι ἀδυνατεῖ, ὀφθαλμὸς δὲ οὐκ ἐφικνεῖται τῆς ἰδέας, ἀτονεῖ δὲ καὶ ἀκοή ὑποδέξασθαι. Ταύτην ἄγομεν ἑορτὴν καὶ πανήγυριν, τῆς μὲν ἀγίας καὶ σεμνῆς ταύτης Παρθένου

ginis salutatio, seu annuntiatio: neque Gabrielis ad eam verba hoc indicant, verum ita quidem historia: *In sexto mense missus est angelus.*¹ Angelus autem ad Virginem: *Et ecce cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua, et hic mensis sextus est illi quae vocatur sterilis.*²

1383

VIII. Quocirca ipsa die, *Missus est Gabriel*, fauste Virgini incorruptam nativitatem annuntians, eique futuram eius ope gentibus salutem praenuntians: dumque interim ille salutatur, *Verbum caro factum est*,³ figmentum reformans, quod una cum maligni serpentis sermonibus ingressum peccatum corruptioni obnoxium fecerat: ac sicut per feminam mors causata est, sic oportuit dispensari salutem per feminam. Per illam deceptam voluptate omnes mortui sumus⁴ (per hanc vivificati sumus): non ea tantum accipientes a quibus excideramus, sed longe maiora ac pretiosiora, quae⁵ neque humanus intellectus possit concipere, nec oculus eorum valeat assequi speciem, sed et auditus ferre nequeat. Haec quam agimus, celebritas ac festa dies, sacrae quidem ac venerandae huius Virginis Annuntiatio est; mundi autem universi natalitius dies: quippe universa

¹ Lc. I, 26.

² Lc. I, 36.

³ Io. I, 14.

⁴ I Cor. XV, 22.

⁵ Isa. LXIV, 4.

εὐαγγελισμόν, παντὸς δὲ τοῦ κόσμου γενέσιον· ὅτι πάντα εἰς τάξιν μετεποιήθη· καὶ κόσμον ἢ πρὶν ἀκοσμία ἐδέξατο.

2067

Sermo III, II. Ἄλλος ἄλλο τι τῶν ἁγίων ἀγγέλων πιστεύεται· μόνος δὲ οὗτος, τὸ πάντων θαρρῆται κεφάλαιον· Θεὸν ἀσπύτως ἐν παρθενικῇ κυοφορούμενον μήτρα· Πνεῦμα ἅγιον τῷ τόκῳ συνεργαζόμενον· «τὸν ἐπὶ πάντων» Πατέρα καὶ Θεόν, τῇ Παρθένῳ λέγειν κελεύοντα· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ». Ὡ φιλοτίμου καὶ θεϊκῆς φωνῆς· ὦ φιλανθρωπίας ὑπερβολῆς καὶ ἀγαθότητος· ὦ λειτουργίας ὄντως ἀγγελικῆς· ὦ μακαρίας Παρθένου τοιούτων καταξιοθείσης ῥημάτων· μᾶλλον δέ, τοιούτοις διακονήσασθαι πράγμασιν. Ἀσυνδυάστως ἐκυφόρησας· ἀνυμφεύτως ἀπέτεκες· μόνῃ Μήτηρ ὁμοῦ καὶ Παρθένος ἐγένου. Οὐ γὰρ διέκοψε τὴν παρθενίαν ὁ τόκος, οὐδὲ διέλυσε τὴν ἀφθορίαν ἢ σύλληψις. Ἀσυλον τὸ τῆς παρθενίας κειμήλιον καὶ μετὰ τόκον ἐφύλαξας. Ἐγαλακτοτρόφησας ὡς νήπιον «τὸν διδόντα τροφήν πάσῃ σαρκί». Ὑπὸ τὴν σὴν θηλὴν ἤγαγες ὡς βρέφος, τὸν πηγάζοντα γάλα ταῖς τικτούσαις πρὸς διατροφήν τῶν τικτομένων βρεφῶν. Καὶ γὰρ μήτηρ ἐγένου, οὐκ ἀνθρώπου ψιλοῦ, ἢ προφήτου τινός, ἢ Θεὸν ἐνοικον ἔχοντος· ἀλλὰ μήτηρ

PG
89, 1388

suo quaeque ordini asserta sunt; priorque deformitas decorem accepit.

2067

Sermo III, II. Alii alique sanctorum angelorum aliud quid negotii creditur: huic uni, quod est universorum caput, committitur; nimirum Deum in Virginis vulva sine semine concipi; Spiritum sanctum edendae proli cooperari; cum *qui est super omnia*¹ Pater ac Deus, in haec verba iubere Virginem salutarī: *Ave, gratia plena, Dominus tecum*.² O magnificam ac divinam vocem! O excellentem elementiam ac bonitatem! O angelicum vere ministerium! O beatam Virginem, quae talia verba audire meruit! Seu magis, quae rebus eiusmodi ministrare digna fuit! Concepisti absque viri ulla coitione; innupta peperisti: sola Mater simul ac Virgo effecta fuisti. Neque enim partus virginitatem prohibuit, neque conceptio integritatem sustulit. Inviolatum servasti virginitatis thesaurum etiam post partum. Lacte, infantis instar, eum pavisti, *qui dat escam omni carni*.³ Sub tuam mammam tanquam parvulum eum collegisti, qui fontis instar lac puerperis scaturit, quo illae parvulos alant. Et enim facta es mater, non puri hominis, aut alicuius prophetae, aut Deum in se hospitem habentis; sed vera mater *magni Dei ac Salva-*

PG
89, 1387

¹ Rom. IX, 5.

² Lc. I, 28.

³ Ps. CXXXV, 25.

ἀληθῆς « τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ». « Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου; » ποῖον οὖς χωρῆσαι δυνήσεται; ποῖος δὲ λόγος εὑρεθήσεται ἄξιος τῶν νοουμένων ἐρμηνεύς; μέχρι σοῦ ἤκουον γυναῖκες· « Ἐν λύπαις τέξεσθε τέκνα »· καὶ κατὰ πασῶν, ὥσπερ τις κλήρου διδασχῇ, τὸ θεῖκόν ἔτρεχε πρόσταγμα, ἄλυτον καὶ ἀμετάθετον διαμένον. Ἀπὸ σοῦ λοιπὸν τὸ θῆλυ γένος ἀκούσει· « Χαίrete », γυναῖκες, ἀρχὴν τοῦ χαίρειν λαβοῦσαι τὴν μόνην ἐν παρθένοις κεχαριτωμένην, τὴν καλὴν, τὴν ἄσπιλον, τὴν ἁγίαν, τὴν Θεομήτορα Μαρίαν.

III. Ὁ μὲν οὖν μέγας ἄγγελος τοιαῦτα τῇ Παρθένῳ εὐαγγελίζεται, καὶ ὁμοῦ τοῖς λόγοις ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς τὴν παρθενικὴν ὑπέδου νηδύν· καὶ ἐχώρησε γαστήρ, ὃν οὐρανὸς οὐκ ἐχώρησεν ὅλως. Ἐμβρυον δι' ἡμᾶς γέγονεν ὁ ὑπὲρ ἡμᾶς· κατὰ μέρος αὖξων, καὶ σωματικῶς τελειούμενος, ὁ παντέλειος τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ « πάντα φέρων τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ». Χρόνων ἀρχὴν λαμβάνων, ὁ χρόνων Ποιητής, καὶ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων. Ἄνθρωπος ἐγένετο ὁ τῶν ἀνθρώπων Δημιουργός· μητέρα κτησάμενος ἐξ ἡμῶν, ὁ μόνος τοῦ Θεοῦ κατὰ φύσιν Υἱός, σάρκα ἐξ αὐτῆς λαβὼν τὴν ἡμῖν ὁμοούσιον.

toris nostri Iesu Christi.¹ Quis loquetur potentias Domini?² Quae auris capere poterit? Quis sermo dignus invenietur eorum quae intelliguntur, interpret? Ad usque te audierunt mulieres: In tristitiis parietis filios;³ inque omnes, ceu haereditaria quaedam successio, divinum currebat mandatum, indissolubile manens atque immotum. A te deinceps audiet femineus sexus, Avete,⁴ feminae, quae gaudii principium susceperitis, solam illam inter virgines gratiosam, pulchram, immaculatam, sanctam, Dei Genitricem Mariam.

III. Magnus quidem Gabriel fausta eiusmodi Virgini nuntiat, dumque miscet sermones, unigenitus Dei Filius virginalem subiit uterum; cepitque venter, quem omnino coelum non capit. Nostri causa, factus est utero gestatus infans, qui nobis superior erat: paulatim crescens, ac corporaliter ad perfectum provehens,⁵ qui ipse omnibus numeris perfectum esset Dei Verbum, ac *omnia verbo virtutis suae portans*:⁶ annorum initium accipiens, qui Conditor esset temporum ac existeret ante saecula. Hominum Opifex, factus est homo, Matrem sibi ex nobis comparans; ipse unicus per naturam Dei Filius, carnem ex ea nobis consubstantialem assumens.

¹ Tit. II, 13.

² Ps. CV, 2.

³ Gen. III, 16.

⁴ Matth. XXVIII, 9.

⁵ Lc. II, 52.

⁶ Hebr. I, 3.

IV. 'Αλλ' ἐπειδήπερ ὁ λόγος οὐ συναναβαίνει τοῖς θαύμασιν, οὐδὲ θνητὴ γλῶττα κατ' ἀξίαν τὰς μεγαλουργίας * τοῦ Θεοῦ ἐξαγγέλλει· δεῦρο τῶν *1389
 προφητῶν εὐτονώτατε καὶ μεγαλοφρονότατε Ἡσαΐα· δεῦρο, διδάξον ἡμᾶς τὰ
 μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ· ὕμνησον διὰ τοῦ Πνεύματος τὰ γεγενημένα· προθέσπισον
 ἵνα ἀκουσθῇ τὰ μηνυόμενα· δοξολόγησον τὸν φωτίζοντα οὐς βούλεται·
 πιστοποιῆσαι τῇ προαγορεύσει τὰ ἄπιστα. «Ἰδοὺ, φησὶν, ἡ Παρθένος ἐν γασ-
 τρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ». Λέγε
 πάλιν, προφῆτα, τῆς ἐπὶ τούτοις δοξολογίας τὸν ὕμνον· «Κύριος ὁ Θεός μου,
 δοξάσω σε, ὕμνήσω τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐποίησας θαυμαστά πράγματα, βου-
 λὴν ἀρχαίαν, ἀληθινήν. Γένοιτο, Κύριε». Τίς δὲ ἦν ἀρχαία βουλὴ τοῦ Θεοῦ
 καὶ Πατρός; Τὸ σωθῆναι πάντας ἡμᾶς. Ὁ γὰρ τὸ εἶναι δούς, πῶς οὐκ ἂν
 μᾶλλον τὸ εἶναι δέδωκε, τὸ ἴδιον ἀνακαλούμενος πλάσμα ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον
 ἐνδιαίτημα, καὶ τὴν τῆς ἐντολῆς φυλακὴν, δι' ἣν ἀτελεύτητος ἐν ἡμῖν ἡ τῆς
 ζωῆς ἐπαγγελία, ἣν ἀπολέσαμεν εἰκότως, τὴν ἐντολὴν μὴ φυλάξαντες; 'Αλλ',
 ὦ θεία καὶ μακαρία Παρθένε, ἡ πρὸς οὐρανὸν ἐκτεταμένη κλίμαξ, ἡ πύλη
 τοῦ παραδείσου, ἡ πρὸς ἀφθαρσίαν εἴσοδος, ἡ τῶν ἀνθρώπων πρὸς Θεὸν
 ἔνωσις τε καὶ συνάφεια, σὺ ἡμῖν ἐπισφράγισον τὸν λόγον· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ
 τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ

IV. Quia vero sermo haud satis coassurgit miraculis, nec mortalis lingua magnifica Dei opera pro * dignitate enuntiat; adesdum, propheta- *1390
 rum vocalissime Isaia; adesdum, inquam, doce nos Dei magna-
 lia; lauda per Spiritum facta; iube audiri quae sunt nuntianda; eum
 glorifica, qui quos vult illuminat: fide maioribus, praedictione astrue
 fidem: *Ecce, inquit, Virgo habebit in utero, et pariet Filium, et voca-*
*bunt nomen eius Emmanuel.*¹ Dic sodes iterum, propheta, super istis
 laudis canticum: *Domine Deus meus, glorificabo te; laudabo nomen*
tuum; quoniam fecisti admirabiles res, consilium antiquum verum.
*Fiat, Domine.*² Quodnam vero antiquum erat consilium Dei et Pa-
 tris? Utique omnium nostrum salus. Qui enim dedisset ut essemus,
 qui non potius daturus erat, ut bene essemus, figmentum suum ad
 antiquum domicilium revocans ac mandati observationem, per
 quam vitae in nobis immortalis promissio est, quam et merito ami-
 seramus, non servantes eiusmodi mandatum? Sed, o divina ac beata
 Virgo, extensa ad coelum scala; paradisi porta; ingressus ad incor-
 ruptionem; hominum ad Deum unio ac consortio, tu nobis sermonis
 esto signaculum: in Christo Iesu Domino nostro, per quem ac quocum

¹ Isa. VII, 14.

² Isa. XXV, 1.

παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶ-
νων. Ἀμήν.

IN ANNUNTIATIONEM B. V. MARIAE ¹

PG
96, 648

Νῦν ἡ τῆς βασιλίδος βασιλικὴ καὶ ὑπέρξενος ἑορτὴ τε καὶ πανήγυρις
ὑπὲρ τὰς χρυσαυγεῖς ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου ἐξέλαμψε. Νῦν ἡ καθολικὴ καὶ
ἀποστολικὴ Ἐκκλησία ὠραῖζεται λίαν ἀγαλλομένη. Νῦν οἱ φιλοθεάμονες
καὶ πανηγυρισταὶ ἑορτὴν ἑορτῶν ἑορτάζοντες, πανδημεῖ ἐπαθροίζονται.
Νῦν εὐφραίνεσθωσαν τὰ οὐράνια, τὰ ἐπίγεια, τὰ καταχθόνια, καὶ πάντα
τὰ ἐν αὐτοῖς ποιήματα. Νῦν εὐφημεῖσθω ἡ πανεύφημος, ὡς εὐφημος πα-
νευφήμοις εὐφημίαις. Νῦν μεγαλυνέσθω ἡ θεομεγάλυντος, καὶ θεοπρό-
τακτος, καὶ θεοχρημάτιστος Παρθένος. Νῦν ἐπαινείσθω ἡ πολυώνυμος
ὄντως καὶ πολυόμματος, καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως ὑπερτάτη. Νῦν μα-
καρίζεσθω ἡ θεόμιλος, καὶ θεοχώρητος, καὶ κοσμοσέβαστος τοῦ Θεοῦ κιθω-
τός. Σήμερον γὰρ ὡς ἀληθῶς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης χαρὰ καὶ ἀγαλλίασις
γίνεται. Σήμερον βοάτωσαν φιλεόρτων αἱ σύγκλητοι. Σήμερον βοάτωσαν
πάντες λαοὶ τῇ ἐκ Δαβὶδ βασιλίδι· «Δεδοξασμένα, λέγοντες μετὰ Δαβὶδ, ἐλα-
λήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ, τοῦ Βασιλέως τοῦ μεγάλου». Σήμερον ὑπα-

2068

gloria ac potestas Patri cum sancto ac vivifico Spiritu, nunc et sem-
per, et in saecula saeculorum. Amen.

PG
96, 647

Nunc Reginae regale et eximie novum festum ac celebritas
supra aureos solis radios effulsit. Nunc catholica et apostolica Ec-
clesia mirum in modum gestiens decorem ostentat suum. Nunc
qui spectaculis gaudent, ac dies festos colunt, solemnitatem solem-
nitatum agentes, frequentissimo populo conveniunt. Nunc coe-
lestia, terrestria, et inferna, et quaecumque in eis condita sunt,
laetentur. Nunc illa praedicetur, quae omni ratione est praedi-
canda, ceu quae nullis non faustis acclamationibus celebrari de-
beat. Nunc Virgo extollatur, quae exaltata a Deo est, caeteris-
que praelata, ac divino oraculo dignata. Nunc ea laudetur, quae
multiplici tum nomine, tum lumine insignis est, ac super omnes res
creatas sublimissima. Nunc beata dicatur Dei arca, quae Deum ver-
santem secum, et in se manentem habuit, orbique toti venerabilis
est. Hodie si quidem in universo orbe gaudio et exultationi vere
indulgetur. Nunc eorum qui dies festos amant, conventus voces
edant. Nunc populi omnes cum Davide reginae ex Davide prognatae,
inclament: *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei, Regis magni.*² Hodie

2068

¹ Exstat inter op. Io. Damasceni, sed non est op. authenticum. Cf. Lau
171.

² Ps. LXXXVI, 3.

νοιγέσθω ἡ τῶν προφητῶν θεόγραφος βίβλος, καὶ λεγέσθω περὶ τῆς ἀεί-
 παιδος αὐτῆς, καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας. Σήμερον ἀγαλλιάσθωσαν * διὰ τὴν *649
 ἔμψυχον πόλιν αἱ πόλεις πάσης τῆς Ἰουδαίας. Σήμερον Γαβριήλ, ὁ τῆς
 νῦν πανεόρτου πανηγύρεως χορίαρχος, βοάτω ἄνωθεν τῇ βασιλίδι, καὶ λε-
 γέτω· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ». Σήμερον βοήσωμεν καὶ
 ἡμεῖς οἱ πηλινόγλωσσοι, καὶ εἴπωμεν τῇ μεγαλοδοξοτάτῃ, καὶ φωτοφόρῳ
 μητρὶ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ ῥητά τινα χαροποιὰ χαρ-
 μονικῶς ἀνευφημοῦντες, καὶ λέγοντες· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ
 σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου».

Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ ἐκ πασῶν ἐκλεχθεῖσα γενεῶν, καὶ φυλῶν, καὶ
 γλωσσῶν, καὶ ἔθνῶν, καὶ λαῶν. Χαῖρε, κεχαρισμένη, ἡ πρὸ αἰώνων προ-
 ορισθεῖσα τῷ ποιητῇ καὶ βασιλεῖ τῶν αἰώνων. Χαίροις, τὸ τῆς Παλαιᾶς καὶ
 Καινῆς Διαθήκης συμπέρασμα. Χαίροις, τὸ τῶν θεοφόρων Πατέρων καὶ
 πατριαρχῶν πολὺανθον ἄθος. Χαίροις, τὸ τῶν ἀπ' αἰῶνος ἀγίων προφητῶν
 προκατάγγελτον ὄνομα. Χαίροις, ἡ ἀπόγονος τοῦ κοσμοπάτορος καὶ θεοπλά-
 στοῦ Ἀδάμ. Χαίροις, ἡ τῆς κοσμήτορος καὶ πρώτης ἐν γυναιξίν Εὕας θύ-
 γατερ. Χαίροις, ἡ ἀντίτυπος τῆς τοῦ Νῶε ἔμψυχος θήκη. Χαίροις, ἡ ἐκ μηροῦ
 τοῦ ἔθνοπάτορος Ἀβραάμ κατ' ἐπαγγελίαν Θεοῦ ἀψευδῶς φρεῖσα. Χαίροις,
 ἡ οὐρανόφθαστος κλίμαξ, ἣν εἶδε πάλαι ὁ μέγας ἐν πατριαρχαῖς Ἰακώβ.

prophetarum liber, qui exaratus a Deo est, aperiatur, deque perpetua
 ea puella, perpetua, * inquam, virgine Maria recitetur. Hodie Iudaeae *650
 civitates exsultent ob animatam hanc civitatem. Hodie Gabriel festi-
 vissimae huius celebritatis chororum princeps, Reginae sursum ac-
 clamet, et dicat: *Ave, gratia plena, Dominus tecum.*¹ Hodie nos etiam
 qui luteae linguae sumus, clamemus, et gloriosissimae ac luciferae
 Dei Salvatorisque nostri Iesu Christi matri verba quaedam gratiosa
 dicamus, vocibus istis iucunde gratulantes, *Ave, gratia plena, Dominus*
tecum, benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.

Ave, gratia plena, quae ex omnibus generationibus, tribubus, po-
 pulis, gentibus et linguis electa es. Ave, plena gratia, quae ante
 saecula creatori ac regi saeculorum fuisti destinata. Avesis, in qua
 Vetus Novumque Testamentum transactum fuit. Avesis, flos dei-
 ferorum Patrum et patriarcharum multiplici flore constans. Avesis,
 praenuntiatum nomen a prophetis, qui a saeculo exstiterunt. Avesis,
 Adami orbis parentis atque a Deo formati soboles. Avesis, Evae filia,
 moderatricis illius, ac mulierum primae. Avesis, animata theca et
 arca, illam referens quam Noë struxit.² Avesis, quae de Abraham
 gentium patris femore secundum promissionem Dei revera nata es.

¹ Lc. I, 28.

² Gen. VIII, 15, ss.

Χαίροις, ἡ φλογοφόρος βάτος, ἣν εἶδε ποτε ὁ παμβόητος ἐν ὄρει Σινᾶ Μωϋσῆς. Χαίροις, ἡ ἀγιόδλαστος ῥάβδος Ἀαρών, τοῦ ὄντως ἐν ἱερεῦσι περιδλέπτου. Χαίροις, ἡ πορφυροποίκιλτος νέα σκηνή, ἣν ὁ ποικιλτῆς ἐκαινούργησε Βεσελεήλ. Χαίροις, τὸ χρυσοῦν διάλιθον καὶ χρυσοῦφαντον λόγιον. Χαίροις, τὸ ὑπὸ τῶν δύο Σεραφίμ κατασκιαζόμενον ἱλαστήριον. Χαίροις, τὸ ἱερατικὸν τῆς ἀρχιερατικῆς στολῆς Ἐφούδ. Χαίροις, τὸ χρυσοῦν τῶν θυμιαμάτων... ἦνεσαν ἐν φωνῇ μεγάλη πάντες ἄγγελοί μου. Χαίροις, εἰς ἣν δι' ἡμᾶς σαρκὶ σκηνώσας ὥκησεν ὁ λέγων ἐν Ἑσαΐα· «Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα».

Χαίροις, ὃ Θεοῦ θεοφόρον κειμήλιον, ἡ σαρκὶ χωρήσασα τὸν μηδαμῶς χωρούμενον. Χαίροις, ὁ Θεοῦ θεοφόρον κειμήλιον, καὶ παντὸς ἀκούσματος ἀνώτατον ἄκουσμα. Χαῖρε, διὰ τοῦτο χαῖρε, ὅτι τέτοκας παιδίον, περὶ οὗ αἰνίττεται Ἰακώβ λέγων· «Σκύμνος λέοντος Ἰούδα, ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης». Χαῖρε, ὅτι τέτοκας παιδίον, περὶ οὗ φησιν ὁ πατρόθεος Δαβὶδ· «Ὅτι ζήσεται, καὶ δοθήσεται αὐτῷ ἀπὸ τοῦ χρυσίου τῆς Ἀραβίας». Χαῖρε, ὅτι τέ-

Avesis, scala ad coelum pertingens, quam magnus inter patriarchas Iacob olim vidit.¹ Avesis, flammans rubus, quam celebratissimus Moyses in monte Sina aliquando conspexit.² Avesis, sanctitate vernans virga Aaronis, inter sacerdotes vere spectatissimi.³ Avesis, tabernaculum novum purpura varium, quod variorum intextor Beseleel novo opere elaboravit.⁴ Avesis, oraculum aureum, ex lapidibus et auro textum. Avesis, propitiatorium, duobus Seraphim obumbratum. Avesis, sacerdotale ephod summi sacerdotis stola. Avesis, aureum suffimentorum altare⁵ ... laudabant voce magna angeli mei. Avesis, in qua propter nos carne habitans fuit, qui in Isaia ait: *Ego primus, et ego posthac*.⁶

Avesis, o plena suppellex, quae carne complexa es, quem nihil usquam ullatenus complectitur. Avesis, suppellex Deigera, et omni auditione longe superior auditio. Ave, idcirco ave, quia filium peperisti, quem Iacob innuit dicens: *Catulus leonis Iuda, ex germine, fili mi, ascendisti*.⁷ Ave, quia filium peperisti, de quo Dei progenitor David ait: *Quia vivet, et dabitur ei de auro Arabiae*.⁸

¹ Gen. XXVIII, 12.

² Exod. III, 2.

³ Num. XVII, 8.

⁴ Exod. XXVI, 8.

⁵ Hic multa desunt.

⁶ Isa. XLIV, 6.

⁷ Gen. XLIX, 9.

⁸ Ps. LXXI, 15.

τοκας παιδίον, ὅπερ παρίστανται χιλίαι χιλιάδες ἀγγέλων, κατὰ τὸν Δανιήλ. Χαῖρε, ὅτι τέτοκας παιδίον, ὅπερ ὕμνολογεῖ, καὶ δοξολογεῖ καὶ εὐλογεῖ τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων ἢ σύμπασα κτίσις. Χαῖρε, ὅτι τέτοκας παιδίον, ὅπερ θεολογεῖ τὰ πολυόμματα Χερουβίμ, καὶ κυριολογεῖ τὰ ἑξαπτέρυγα Σεραφίμ. Χαῖρε, ὅτι τέτοκας παιδίον ἐν τῇ πολυνύμφῳ πόλει τοῦ Δαβίδ. Χαῖρε, ὅτι τέτοκας παιδίον προαιώνιον * καὶ πρόσφατον, ἐκ πηγῶν Ἰσραὴλ *652 καταγόμενον. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, τὸν τῶν βρεφῶν τεχνουργόν, καὶ συνοχέα τῶν ὄλων. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, τὸν τοῦ Πατρὸς ὁμοδύναμον καὶ ὁμόδοξον. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, καθὰ διάγορεύει Λουκᾶς ὁ θαυμάσιος, ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Αὐγούστου Καίσαρος. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗτινος ἕνεκα ἄγγελοι παμπληθεῖς τὰ ἐπίγεια κατέλαβον. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗτινος ἕνεκα ποιμένες νυκτοφύλακες ἀγραυλοῦντες ἐθαύμαζον. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗτινος ἕνεκεν ὑπέμελλον ἄγγελοι λέγοντες· «Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία». Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗ ἕνεκα θορυβεῖται καὶ φωνοκτυπεῖται. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗ ἕνεκα Ἡρώδης θυμομαχῶν ταραττεται. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗ

Ave, quia peperisti filium, cui millia millium angelorum adstant, ut fert Daniel.¹ Ave, quia peperisti filium, quem canit, laudat, et benedicit coelestium ac terrestrium universa creatura. Ave, quia filium peperisti, quem multis oculis praedita Cherubim Deum, et senis alis instructa Seraphim Dominum praedicant.² Ave, quia filium peperisti in nominatissima civitate David. Ave, quia filium peperisti, antiquiorem saeculis ac recentem, ex fontibus Israël oriundum. * Ave, quod infantem genueris infantium formatorem, *651 quique universa continet. Ave, quod infantem genueris, virtutis et gloriae Patris consortem.³ Ave, quod infantem genueris, quadragesimo primo, ut admirabilis Lucas refert [?], imperii Augusti Caesaris anno. Ave, quod genueris infantem, cuius causa angeli quamplurimi ad terram devenerunt. Ave, quod infantem genueris, cuius causa pastores, dum nocte gregem in agris excubantes custodirent, admiratione perculsi sunt.⁴ Ave, quod genueris infantem, cuius causa concinebant angeli: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, hominibus bonae voluntatis*.⁵ Ave, quod genueris infantem, cuius causa sonitus et strepitus auditur. Ave, quod genueris infantem cuius causa Herodes

¹ Dan. VII, 10.

² Isa. VI, 3.

³ Io. I, 14.

⁴ Lc. II, 8-13.

⁵ Lc. II, 14.

ἐνεκα ἡ συγγενῆς σου Ἐλισάβετ ὑπερόριος γίνεται. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗτινος ἐνεκα Ζαχαρίας ὁ παμμέγιστος ἱερεὺς μεταξύ τοῦ ναοῦ κτείνεται. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗ ἐνεκα ἡ Βηθλεὲμ στρατιωτικῶς ἐρευνᾶται. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗ ἐνεκα ξιφηφόροι στέλλονται δῆμιοι. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗτινος ἐνεκα νεογενῇ καὶ μιμηλόφωνα βρέφη, μεληδὸν ἀναλίσκονται. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗ ἐνεκα Ῥαχὴλ ποταμηδὸν δακρύουσα, βαρύγχητον ἐκπέμπει μέλος. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, τὸ ὀκταήμερον περιτεμνόμενον κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, τὸ τὸν νόμον ἐν πλαξὶ λαξεῦσαν, καὶ ὑπὸ νόμον γενόμενον, καὶ νόμον ἐκπληροῦν. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, ὅπερ ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἐν τῷ Σολομωντείῳ προσήνεγκας ναῶ. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, νηπιοφανές, ὅπερ ὁ πολιοφανῆς ἱερεὺς Συμεὼν ἰδὼν, ἀπολύεσθαι ἔσπευδε. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, τὸ ὑπὸ τῆς προφῆτιδος καὶ χήρας Ἀννης, ἐναντίον παντὸς λαοῦ κυριολογηθέν.

Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν ὁ πρὸ πάντων βουνῶν

animo aestuans perturbatur.¹ Ave, quod infantem genueris, cuius causa cognata tua Elisabeth domo sua exsulat. Ave, quod genueris infantem, cuius causa Zacharias eximius sacerdos in medio templo necatur. Ave, quod genueris infantem cuius causa Bethlehem militum manus perscrutatur.² Ave, quod genueris infantem, propter quem armati gladiis carnifices mittuntur. Ave, quod genueris infantem, cuius causa geniti nuper, vixque vocem imitantes infantes membratim conficiuntur. Ave, quod infantem genueris, cuius causa Rachel lacrymarum fluvios fundens, tristissimum carmen edit.³ Ave, quod infantem genueris, qui octava die de legis Mosaicae praescripto circumcisis fuit.⁴ Ave, quod infantem genueris, qui, cum legem in tabulis lapideis insculpsisset, factus est sub lege, ac legem implet. Ave, quod infantem genueris, quem quadraginta diebus completis in Salomonis templo obtulisti.⁵ Ave, quod infantem genueris, quem recens editum canitie spectabilis sacerdos Simeon concipiens, hinc dimitti studebat. Ave, quae genueris infantem, qui a prophetissa ac vidua Anna coram omni populo Dominus proclamatus est.

Ave, gratia plena; ave, per quam nobis innotuit, qui ante omnes

¹ Matth. II, 3.

² Matth. II, 16.

³ Ierem. XXXI, 15.

⁴ Lc. II, 21.

⁵ Lc. II, 22.

γεννηθείς, Θεός, φημί, ὁ παντεξούσιος. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ὁ ὑπερκόσμιος ἐπέφανεν, ὁ κόσμον ἄκοσμον κοσμήσας, καὶ κτίσιν ἄκτιστον κτίσας. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν, ὁ πρὸ τοῦ ὄρη γενηθῆναι, καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην, ἐκ Πατρὸς ἀγεννήτου γεννηθείς. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν, ὁ τὸν οὐρανὸν ὥσει δέξριν ἐκτείνας, καὶ τὴν ξηρὰν ἐπὶ τῶν ἀβυσσίων ἐδράσας ὑδάτων. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν, ὁ ψάμμω χαλινώσας τὴν μεγαλομέγεθον τε καὶ κοσμοχώρητον, καὶ θαυμαστοθέατον θάλασσαν. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν ὁ χερσὶν ἀχράντοις καὶ ἀχειροπλάστοις χειροπλάστησας τὸν πρῶτον ἐν ἀνθρώποις ἄνθρωπον Ἀδάμ. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν ὁ λέγων πρὸς Ἀδράμ· «Ἡ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε». Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν ὁ πάλαι διὰ Μωσέως Αἰγυπτιακῆς δουλείας ῥυσάμενος λαὸν Ἰσραηλίτην, * καὶ Φαραωνίτην θαλασσοκτονήσας *653 ἄνακτα. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν, ὁ κατὰ γενεὰν ὀπτανόμενος ἐν τε Πατρᾷσι καὶ προφήταις, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὔσι. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν, ὁ διὰ σπλάγχνα ἐλέους διὰ τὸν ἄνθρωπον ἄνθρωπος γενόμενος. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν, ὁ μόνος ἐν ἀγίοις ἅγιος, καὶ μόνος ἐν δεδοξαμένοις ἐνδοξος, καὶ μόνος ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Χαῖρε, δι' ἧς

colles genitus est, Deus, inquam, universorum potestatem habens. Ave, per quam nobis qui mundo sublimior est, innotuit, quique mundum ornatu vacuum ornavit, et creaturam inconditam creavit. Ave, per quam innotuit, qui priusquam montes fierent, et formaretur terra et orbis, ex ingenito Patre genitus est.¹ Ave per quam apparuit, qui coelum uti pellem extendit, et aridam super aquas abyssi stabilivit. Ave, per quam nobis innotuit, qui altissimum prorsus, quod mundum continet, admirandumque spectaculum praebet, mare arena frenat. Ave, per quam nobis innotuit, qui intaminatis, nec manu factis manibus Adam hominum primum formavit. Ave, per quam nobis apparuit qui Abrahamo ait: *Nisi benedicens benedicam te, et multiplicans multiplicabo te.*² Ave, per quam nobis innotuit qui populum Israël ex Aegypti servitute * olim liberavit, et Pha- *654 raonem regem interfecit in mari. Ave, per quam nobis innotuit, qui per singulas aetates conspicuum sese praebeuit Patribus et Prophetis, et omnibus illis qui secundum propositum vocati sunt sancti. Ave, per quam nobis innotuit, qui per viscera misericordiae hominis causa factus est homo. Ave, per quam nobis innotuit, qui solus inter sanctos sanctus est, solusque inter gloriosos gloriosus, ac solus altissimus super omnem terram. Ave, per quam nobis innotuit qui solus a

¹ Prov. VIII, 25.

² Gen. XII, 3; XVII, 2.

ἡμῖν ἐπέφανεν, ὁ μόνος ἀπαθής, καὶ μόνος συμπαθής, καὶ μόνος ἀψευδής, καὶ μόνος ἐκ μόνου μονογενής Θεοῦ Υἱὸς καὶ Θεός. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς ἡμῖν γεννᾶται ὁ αὐτογενέθλιος, καὶ φύεται ὁ αὐτοφυής, καὶ αὖξεται ὁ τέλειος. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς ἡμῖν σωματοῦται ὁ ἀσώματος, καὶ ἄρχεται ὁ ἄναρχος, καὶ χωρεῖται ὁ ἀχώρητος. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς ζωοῦται ὁ αὐτόζωος, καὶ ποσοῦται ὁ ἄποσος, καὶ σαρκοῦται ὁ ἄσαρκος. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς ὁ ἄκτιστος κτίζεται, καὶ πτωχεύει ὁ πλούσιος, καὶ νηπιᾶζει ὁ ὕψιστος. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς ψηλαφᾶται ὁ ἀψηλάφητος, καὶ κρατεῖται ὁ ἀνέπαφος, καὶ βαστάζεται ὁ βαστάζων τὰ πάντα. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς γαλακτοτροφεῖται ὁ τοῦ παντὸς κηδεμών, καὶ τροφεύς, καὶ πρύτανις Θεός. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγος, Υἱὸς ἀνθρώπου σωματικῶς κατ' εὐδοκίαν ἄφραστον πέφηνε. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς ὁ ἀμήτωρ ἀπάτωρ γίνεται, καὶ ὁ νέος ἐπισυνάγεται Μελχισεδέκ. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς διῆλθεν ὁ ὥραϊος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.

Χαίροις, μόνῃ Μήτηρ Θεοῦ, ἡ ἀπ' ἄκρων τοῦ οὐρανοῦ ἕως ἄκρων αὐτοῦ,

perpessionibus immunis est, solusque patientium socius, solus minime mendax, solus denique ex solo unigenitus Dei Filius ac Deus. Salvesis, o Domina Dei Genitrix, per quam nobis ille generatur cuius propria generatio est, nascitur, cuius propria nativitas est, et perfectus augetur. Salvesis, o Domina Dei Genitrix, per quam incorporealis incorporatur, et initium habet qui sine initio est, et continetur, qui contineri nequit. Salvesis, o Domina Dei Genitrix, per quam vita donatur, qui ipsa vita est; quantitate crescit, qui quantitate caret; incarnatur, qui sine carne est. Salvesis, o Domina Dei Genitrix, per quam creatur, qui creatus non est, egenus fit, qui locuples est, et altissimus puer fit. Salvesis, Domina Dei Genitrix, per quam tractatur qui tractari nequit; prehenditur, qui tangi non potest; gestatur qui cuncta gestat. Salvesis, o Domina Dei Genitrix, per quam lacte nutritur, qui universa procurat, alit, et administrat Deus. Salvesis, o Domina Dei Genitrix, per quam Dei Filius et Verbum, filius hominis inexplicabili bonae voluntatis propensione apparuit. Salvesis, o Domina Dei Genitrix, per quam qui sine matre est, sine patre existit, et novus conflatur Melchisedech.¹ Salvesis, o Domina Dei Genitrix, per quam transit speciosus forma prae filiis hominum.²

Salvesis, sola Mater Dei, quae a summo coelo usque ad summum

¹ Hebr. VII, 3.

² Ps. XLIV, 3.

μητρικῶς τε καὶ Δαυϊτικῶς τὸ κατάντημα τῆς προστασίας ἔχουσα. Χαίροις, μόνῃ Μήτηρ Θεοῦ, ἡ τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων μεγαλοπρεπῆς τε καὶ μεγαλόφωτος εὐκλεία. Χαίροις, μόνῃ Μήτηρ Θεοῦ, ἡ πάσης ἀκτίνος φωτεινότερα, καὶ πάσης καθαρότητος καθαρωτέρα. Χαίροις, μόνῃ Μήτηρ Θεοῦ, ἡ παντὸς σεβάσματος σεβασμιωτέρα, καὶ παντὸς ἀκούσματος ὑπερκεείμενον ἄκουσμα. Χαίροις, μόνῃ μήτηρ Θεοῦ, ἡ παντὸς γλυκάσματος γλυκυτέρα, καὶ παντὸς εὐγενοῦς εὐγενεστέρα, καὶ παντὸς πλούτου ῥέοντος πλουσιωτέρα. Χαίροις, μόνῃ Μήτηρ Θεοῦ, τὸ μόνον ὄντως ἀληθῶς Χριστιανικῆς κτίσεως παγκάλλινον καὶ πασιπόθητον ὄνομα. Χαίροις, μόνῃ Μήτηρ Θεοῦ, ἡ προσκυνητὴ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ δοξαστὴ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ ἐπαινετὴ εἰς ἀπεράντους αἰῶνας. Χαίροις, μόνῃ Μήτηρ Θεοῦ, ἡ εἰς πάσας γενεὰς γενεῶν ὑπὸ ἀγγέλων τε καὶ ἀνθρώπων ὁμοφώνως ἐν φόδῳ μεγαλυνομένη.

2069

Χαίροις, μόνῃ ἐν βασιλίσαις βασιλίсса, ἡ βασιλέων μὲν θυγάτηρ, παμβασιλέως δὲ Χριστοῦ Μήτηρ, φιλοσεδῶν δὲ βασιλέων κράτος. Χαίροις, μόνῃ ἐν βασιλίσαις βασιλίсса, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη, καθὼς ὁ μέγας ψαλμωδὸς * Δαβὶδ ἀνακέκραγε. Χαίροις, μόνῃ ἐν γυναιξὶν εὐλογημένη, ἡ τῆς προμήτορος Εὕας τὸ σφάλμα ἀνορθώσασα. Χαί-

PG
96, 653

*656

eius,¹ tanquam Genitrix, quemadmodum et David loquitur, occursum protectionis et auxilii habes. Salvesis, sola Dei Mater, coelestium, et terrestrium, et infernorum magnificum atque illustrissimum decus. Salvesis, sola Dei Mater, quae radio omni lucidior es, et omni puritate purior. Salvesis, sola Dei Mater, quae omni re venerabilior es, omnique auditione praestantior auditio. Salvesis, sola Mater Dei, quae suavitate omni suavior es, omni re nobili nobilior, et omnibus divitiis affluente locupletior. Salvesis, sola Mater Dei, solum illud nomen Christianae creaturae vere prorsus peregregium cunctisque amatissimum. Salvesis, Dei Mater, quae in saecula adoranda es, quae in saecula es praedicanda, laudandaque per interminata saecula. Salvesis, sola Dei Mater, quae in omnes generationes generationum ab angelis et hominibus una voce cum reverentia magnificaris.

2069

Salvesis, sola inter reginas regina, quae regum quidem filia es, universorum autem Regis Mater, ac religiosorum regum et imperatorum robur. Salvesis, sola inter reginas regina, vestitu deaurato circumdata, ac varietate, veluti psalmorum cantor David * exclamavit.¹ Salvesis, sola inter mulieres benedicta, quae primae parentis Evae lapsum restaurasti. Salvesis, sola inter mulieres benedicta,

PG
96, 654

*655

¹ Ps. XLIV, 10.

ροισ, μόνῃ ἐν γυναιξὶν εὐλογημένη, ἡ τὸ ταπεινότατον γένος τῶν χαμαὶ κειμένων γυναικῶν ἀνυψώσασα. Χαίροις, μόνῃ ἐν γυναιξὶν εὐλογημένη, λελαμπρυσμένη τε καὶ τεθαυμασμένη, ὅτι μόνῃ Χριστὸν τὸν θεάνθρωπον ἀνάνδρως συνέλαβες, καὶ ἀπόνως ἐκύησας. Χαίροις, μόνῃ ὄντως ἐν γυναιξὶν εὐλογημένη καὶ δεδοξασμένη, ἡ τὸν ἕνα τῆς τρισσοφαοῦς καὶ ὑπεραγίας Τριάδος ἀφλέκτως συνειληφυῖα, γεγέννηκας. Χαῖρε, μόνῃ ἐν γυναιξὶν εὐλογημένη, ὅτι μόνῃ ἀστενοχωρήτως ἐχώρησας, ὥστε κόσμος χωρῆσαι οὐ δύναται. Χαίροις, μόνῃ νύμφῃ ἀνύμφευτε, ἡ ἐν τῇ νυμφικῇ Ἀσμάτων βίβλῳ προαναφερομένη. Χαίροις, μόνῃ ἐν παρθένοις Παρθένης, ἡ καὶ πρὸ τοῦ τόκου, καὶ ἐν τόκῳ, καὶ μετὰ τόκον, παρθένης διαμείναςα. Χαίροις, μόνῃ ἐν πύλαις πύλῃ κεκλεισμένη, καὶ μόνῃ πόλιν ἐν πόλεσι πεπυργωμένη.

Χαῖρε, ὄντως κεχαριτωμένη, χαῖρε, ὅτιπερ ἀγιωτέρα σὺ τῶν Ἀγγέλων, καὶ τιμιωτέρα τῶν Ἀρχαγγέλων. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι θαυμασιωτέρα σὺ τῶν Θερόνων, καὶ κυριωτέρα σὺ τῶν Κυριοτήτων, καὶ δυνατωτέρα σὺ τῶν Δυνάμεων. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι ὑπερτέρα σὺ τῶν Ἀρχῶν, καὶ ἀνωτέρα σὺ τῶν Ἐξουσιῶν. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι καλλιωτέρα σὺ τῶν Χερουδὶμ, καὶ σεδασμιωτέρα τῶν Σεραφίμ. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτιπερ ὑψηλότερα σὺ τῶν οὐρανῶν, καὶ καθαρωτέρα σὺ ὑπὲρ τὸν φαίνοντα ἥλιον. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτιπερ εὐγενεστέρα σὺ πάντων τῶν ὑφ' ἡλίου ἀνατολῶν, καὶ βασιλικωτέρα σὺ ὑπὲρ πάσας τὰς βασιλείας τῆς βροτείας οὐσίας. Χαῖρε,

quae humillimum humi iacentium mulierum genus exaltasti. Salvesis, sola inter mulieres benedicta, splendida atque mirabilis, quae sola Christum Deum simul et hominem sine viri opera concepisti, et sine dolore peperisti. Salvesis, sola vere inter mulieres benedicta et gloriosa, quae unam e sanctissima, ternoque fulgore radianti Trinitate, nihil te flamma laedente, conceptum genuisti. Salvesis, sola inter mulieres benedicta, quae sola eum sine constructione complexa es, quem mundus capere nequit. Salvesis, sponsa sola a sponso libera, quae in sponsali Canticorum libro iam olim relata es. Salvesis, sola inter virgines Virgo, quae ante partum, et in partu, et post partum, virgo permansisti. Salvesis, e portis sola porta clausa, et sola e civitatibus civitas turribus munita.

Ave, vere gratia plena, ave, quoniam Angelis tu sanctor es, et Archangelis praestantior. Ave, gratia plena, quoniam Thronis es admirabilior, Dominationibus dominantior, et maioris quam Virtutes virtutis. Ave, gratia plena, quae Principatibus superior es, et Potestatibus sublimior. Ave, gratia plena, quia speciosior es Cherubim, et augustior Seraphim. Ave, gratia plena, quae coelis excelsior es, et sole quem conspiciamus purior. Ave, gratia plena, quia omnibus quae ab ortu solis sunt, nobilior es, et regali potestate maiori

κεχαριτωμένη, ὅτιπερ ἀγαθώτερα σὺ ὑπὲρ ἐκείνην ὄντως τὴν ἀγαθὴν καὶ πολλὴν γῆν, τὴν ῥέουσιν μέλι καὶ γάλα. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι ὑπὲρ χίονα ἐλευκάνθη, καὶ ὑπὲρ μέλι ἐγλυκάνθη. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι ὑπὲρ τὰ κρῖνα εὐωδιάσθη, καὶ ὑπὲρ τὰ ῥόδα ἡρυθρώθη, καὶ ὑπὲρ τὸ πολυποίκιλον ἔαρ ἐξήνησας. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι ὑπὲρ τὴν Ἱερουσαλὴμ ὠραιώθη, καὶ ὑπὲρ τὸν Σολομώντειον ἐμεγαλύνθη ναόν. Χαῖρε οὖν, χαῖρε, καὶ πάλιν ἔρῳ, χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς σῆς μεγαλειότητος.

Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς οἱ ταπεινοί, Χριστοῦ δευτέραν καὶ φωτισωτήριον γέννησιν, εὐσεβοπρεπῶς προσκυνοῦμεν. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς τὴν κοσμοποιὸν καὶ ζωαρχικόν, καὶ εἰς αἰὶ βασιλεύουσιν ἐπέγνωμεν Τριάδα. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς Χριστιανικὸς λαός, τοῦ σοῦ Υἱοῦ καὶ Θεοῦ ὠνομάσμεθα. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς εἰς μίαν ἀγίαν, καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν ἐπολιτογραφήθημεν. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς τὴν ψυχοσωτήριον καὶ φωτόμορφον κατέχομεν πίστιν. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς τὸν πολυπροσκύνητον καὶ ἱαματοποιὸν προσκυνοῦμεν σταυρόν. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς τὸ ἀγιοποιὸν καὶ τριφεγγὲς βαπτίζομεθα βάπτισμα. Χαῖρε, δι' ἧς καθαρὰς ἡμεῖς καὶ φρικτῆς σαρκὸς ἐν τῇ φρικτοτελεῖ τραπεζῇ προσεγγίζειν τολμῶντες * μετέχομεν. Χαῖρε, δι' ἧς *657 ἡμεῖς ἀληθινοῦ καὶ ἀθανάτου ἄρτου γεύομεθα. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς ἐκ τῶν

polles super omnia mortalis naturae regna. Ave, gratia plena, quoniam longe tu melior es, quam illa vere bona amplexus terra melle et lacte manans. Ave, gratia plena, quia super nivem alba facta es, et super mel dulcis. Ave, gratia plena, quoniam super lilia fragrans fuisti, et super rosas rubicunda, ac super varie decorum ver effloruisti. Ave, gratia plena, quoniam super Ierusalem speciosa facta es, et super Salomonis templum magnificata. Ave igitur, ave, et iterum dico, ave, gratia plena, quoniam plenum coelum est, et terra magnitudinis tuae.

Ave, per quam nos humiles et abiecti secundam Christi, salutarique lumine praeditam generationem ea qua par est religione adoramus. Ave, per quam nos mundi effectricem, vitae originem, ac semper regnantem Trinitatem cognovimus. Ave, per quam nos Christianus populus, Filii tui ac Dei nomine donati sumus. Ave, per quam inter unius, sanctae, catholicae, atque apostolicae Ecclesiae cives descripti sumus. Ave, per quam nos multipliciter adorandam et saluberrimam crucem adoramus. Ave, per quam nos fidem qua salvantur animae, ac lucis forma praeditam tenemus. Ave, per quam nos puram ac tremendam carnem, ad tremendam admodum mensam accedere audentes, participamus. Ave, per * quam nos verum *658 et immortalem panem gustamus. Ave, per quam nos e ianuis in-

τοῦ ἄδου πυλῶν εἰς οὐρανοὺς ἀνεβιδάσθημεν. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς ἐλυτρώ-
θημεν ἀρᾶς, ἀνεκκλήτου δὲ χαρᾶς ἡξιώθημεν. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς τὰς χρι-
στομόρφους καὶ σεπτοπροσκυνήτους προσκυνοῦμεν εἰκονογραφίας. Χαῖρε, δι'
ἧς ἡμεῖς τὰ τῶν Ἑλλήνων χρυσότευκτά τε καὶ δαιμονιόμορφα συμπατοῦμεν
ζόανα. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς τὸν ἀρχαῖόν τε καὶ μέγαλαυχον ἀντάρτην ἀντι-
πραττόμεθα.

Χαῖρε, δι' ἧς εἰρηνοποιεῖται ἡ τῶν Ῥωμαίων βασιλεία. Χαῖρε, δι' ἧς
βασιλεῦσι τὸ βασιλεύειν δίδοται, καὶ στρατηγοῖς τὸ στρατηγεῖν ἐγγχειρίζεται.
Χαῖρε, δι' ἧς πολλάκις ἐπινίκια ἐν παρατάξει ἀλλογενῶν καὶ ἀλλογλώσσων
ἐθνῶν διανύονται. Χαῖρε, δι' ἧς ἐτερόφυλοι ὥσπερ φύλλα πίπτουσι, καὶ ἄνο-
μοι ὡς ἄνεμοι μηδενὸς διώκοντος διώκονται. Χαῖρε, δι' ἧς οἱ ὀπλομάχοι καὶ
θυρεοφόροι θραύονται, πλήττονται δὲ πρὸ συμπλοκῆς σιδηροφόροι. Χαῖρε, δι'
ἧς ἀντιτοξεύονται ἀμφοτεροδέξιοι τοξόται, καὶ μωλωπίζονται ἔθνη τὰ πο-
λέμους θέλοντα. Χαῖρε, δι' ἧς ξιφοκτονεῖται ὁ βαρβαρογενής τε καὶ φιλο-
μάκελλος κύων Ἰσμαήλ. Χαῖρε, δι' ἧς δραπετεύουσιν ἐκ μέσου τῶν ὀπλο-
φόρων πιστοὶ τῶν ἐν χειροπέδαις σιδηραῖς ἐλεεινῶς κατεχομένων αἰχμαλώ-
των. Χαῖρε, δι' ἧς ὁ σύμπας κόσμος σκέπεται, καὶ εἰς αἰὲ διαφυλάττεται.
Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἅπαν ὠμηρεύθη ἀγαθόν, ἐν τε τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ.
Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν εὐλογία τοῖς πιστοῖς ἐπήγαγεν, ἐπειδὴ περ λαὸς σου ἡμεῖς,

ferni ad coelos evecti sumus. Ave, per quam nos a maledictione re-
dempti sumus et inexplicabili laetitia dignati sumus. Ave, per quam
nos imaginum picturas quae Christum repraesentant, colendaeque
adeo ac venerandae sunt, adoramus. Ave, per quam nos gentilium
ex auro fabricata, daemonumque formis praedita simulacra con-
culcamus. Ave, per quam nos prisco illi, superboque adversario re-
sistimus.

Ave, per quam Romanum imperium tranquillitate potitur. Ave,
per quam regibus ut regnent datum est, et exercituum duces ducatum
obtinent. Ave, per quam victoria in acie adversus alienigenas,
extraneaeque linguae nationes refertur. Ave, per quam exterae gen-
tes veluti folia cadunt, et impii tamquam venti nemine persequente
exagitantur. Ave, per quam qui armis pugnant clypeosque gestant,
franguntur, quique ferro proteguntur ante praelium consternantur.
Ave, per quam ambidextri sagittarii repercutiuntur, et sauciantur
gentes quae bella volunt. Ave, per quam barbarus et macellarius
canis Ismaël gladio occiditur. Ave, per quam fideles, qui in manicis
ferreis misere captivi detinentur, e media armatorum manu eva-
dunt. Ave, per quam mundus omnis protegitur, et in perpetuum
conservatur. Ave, per quam bonum omne in coelo et in terra oppi-

εἰ καὶ σειραῖς ἀμαρτημάτων συμπεπλεγμένα. Χαῖρε, δι' ἧς εὐλογεῖται τῶν ἀσθενῶν ὁμοῦ ἀρρένων ἡ χορτώδης οὐσία, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν ἀσθενογενῶν γυναικῶν πᾶμπλάνος τε καὶ πανσάλευτος φύσις. Χαῖρε, δι' ἧς οἱ ἀσεβεῖς εὐσεβεῖς γενόμενοι εὐσεβῶς εὐσεβοῦσι, καὶ προσκυνοῦσι τὸν πανσεδάσμιον τόκον σου. Χαῖρε, δι' ἧς οἱ φιλόχρυσοι φιλόχριστοι γίνονται, καὶ οἱ φιλάργυροι φιλάνθρωποι, καὶ φιλόπτοχοι οἱ φιλόπλουτοι. Χαῖρε οὖν, χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι πολλοὶ πολλῶν χρημάτων διὰ σέ κατεφρόνησαν, ὅπως σε τὴν μόνην ἀγαθὴν κερδήσωσι. Χαῖρε, ὅτι πολλοὶ πολλάκις τῶν εὐσεβῶν βασιλέων πηλὸν ἡγήσαντο διὰ σέ τὸν χρυσόν, καὶ σποδὸν τὸν ἄργυρον. Χαῖρε, ὅτι πολλοὶ τῶν φιλοχρίστων βασιλίδων λιθολαμπεῖς διὰ σέ στεφάνους, καὶ κρυσσόνημους ἀλουργίδας, ἀράχνης εὐτελέστερα ἐλογίσαντο. Χαῖρε, ὅτι πολλοὶ τῶν εὐγενῶν Ἰνδικοὺς διὰ σέ καὶ χρυσταλλίζοντας λίθους περιεφρόνησαν. Χαῖρε, ὅτι πολλοί, ἴνα εἴπω, καὶ τῶν εὐγενίδων γυναικῶν εἰς οὐδὲν ἡγήσαντο διὰ σέ ἀξιόγαστα τὰ βύσσινά τε καὶ κόκκινα, καὶ περιπόρφυρα, καὶ ὀλοσήρικα. Χαῖρε, ὅτι πολλοὶ καὶ τῶν μοιχαλίδων γυναικῶν λιθοκόλλητα ἐνώτια, καὶ περιδέξια ψέλλια φύλλων ἀδρανέστερα ἐλογίσαντο. Χαῖρε, ὅτι πολλοὶ πλειστάκις τῶν ἐνδόξων τε καὶ περιφανῶν, οὐ μὴν δὲ καὶ πλουσίων, σκύδαλα ἡγήσαντο διὰ σέ τὰς χρυσοῦ καὶ ἀργύρου χιλιάδας. Χαῖρε, ὅτι πολλοὶ καὶ

gneratum nobis fuit. Ave, per quam benedictio nobis fidelibus scaturivit, quandoquidem nos populus tuus sumus, quamlibet peccatorum catenis et nexibus implicemur. Ave, per quam benedicatur infirmorum, tum masculorum foenea substantia, tum imbecillis sexus mulierum erratica atque instabilis natura. Ave, per quam impii pietatem amplexi, pie colunt et adorant venerabilissimum partum tuum. Ave, per quam auri amantes Christi amatores fiunt, et argenti amantes amatores hominum, atque pauperum amatores divitiarum studiosi. Ave ergo, gratia plena, quia multi multas pecunias flocci fecerunt, ut te solam lucrarentur. Ave, quoniam multi multoties religiosorum imperatorum aurum propter te uti lutum habuerunt, et argentum uti cinerem. Ave, quoniam complures Christi amantium reginarum fulgentes gemmis coronas, auroque intextas purpuras propter te araneae tela viliores aestimaverunt. Ave, quoniam multi nobiles Indicos pellucidosque uti crystallum lapides, tui gratia aspernati sunt. Ave, quod multae, ut sic dicam, ex ipsis etiam illustribus mulieribus, tui causa nihil duxerunt, quaecumque ex bysso, coccino, purpura et serico contexta, admiratione digna videbantur. Ave, quoniam multae quoque mulierum adulterarum gemmis ornatas in aures, armillasque foliis exiliores propter te censuerunt. Ave, quod multi saepenumero clarorum illustriumque virorum, quin etiam divitum, millia auri et argenti tamquam quisquilias et stercora ha-

*660

τῶν νεογενῶν νεανίδων λευκοσιδεῖς καὶ χρυσολαμπεῖς στολὰς ἀπώσαντο. Χαῖρε, ὅτι πολλαὶ διὰ σέ, ἔν' εἶπω, τῶν χρυσοφορουσῶν γυναικῶν, μελανοφορεῖν * καὶ τριχινοφορεῖν διὰ παντὸς ἤρετίσαντο.

Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι καταφυγὴ ἐγενήθης ἡμῖν, καὶ μεσιτολογεῖς ὑπὲρ ἡμῶν τῶν πηλογενῶν πρὸς τὸν Ὑῖόν σου, καὶ Θεόν σου, καὶ Θεὸν ἡμῶν. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ἡ πάντων ὁμοῦ τῶν περάτων τῆς γῆς κοινὴ σωτηρία, καὶ πάντων τῶν Χριστιανῶν Χριστιανικὴ προστασία. Χαῖρε, ἡ μόνη τῶν ἀδοθητῶν παραστατικὴ βοήθεια, καὶ μόνη τῶν ἀδυνάτων μεγαλοδύναμος δύναμις. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ἡ μόνη τῶν ταπεινῶν ἀνύψωσις, καὶ μόνη τῶν πενήτων ἀντίληψις, καὶ μόνη μήτηρ τῶν ὀρφανῶν, καὶ πτωχῶν, καὶ χηρῶν. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ἡ μόνη τῶν καταπονουμένων παραμυθία, καὶ μόνη τῶν ἀσκεπῶν σκέπη. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ἡ μόνη τῶν αἰχμαλώτων λύτρωσις, καὶ μόνη τῶν ἐξορίστων καὶ ἐξορισμένων ἀνάκλησις. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ἡ μόνη τῶν νοσοῦντων ἐπίσκεψις, καὶ μόνη τῶν ἀσθενούντων ἰασις, καὶ μόνη τῶν δαιμονώντων ὑγίωσις. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ἡ μόνη τῶν πλεόντων κυδέρνησις, καὶ μόνη τῶν νυκτοπορούντων συνοδοιπόρος καὶ συνδιαγωγός. Χαῖρε, ὅτι πάντων ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ εἰς σέ τὴν μόνην καθαρὰν ἐλπίζουσι, καὶ πρὸς σέ διὰ παντὸς ἀτενίζουσι. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ἡ αἰὲν προΐσταμένη ἡμῶν τῶν ταπεινῶν, καὶ λυτρουμένη ἡμᾶς ἐκ πάσης δικαίας ὀργῆς τε καὶ ἀπειλῆς.

*659

buerunt. Ave, quoniam propter te iuniorum * etiam complures iuvenularum, albicantes, auroque fulgentes stolas abiecerunt. Ave, quoniam multae tandem mulierum, quae auro ornabantur, nigras laneasque vestes gestare tua causa destinaverunt.

Ave, gratia plena, quoniam refugium facta es nobis, et pro nobis, qui sumus ex luto procreati, interpellatricem agis apud Filium, Deumque tuum, ac Deum nostrum. Ave, gratia plena, ave, omnium simul finium terrae communis salus, omniumque Christianorum christianum praesidium. Ave, gratia plena, ave, quae sola illis auxilio ades, qui auxilio carent, solaque maxima virtus es illis, qui nullis viribus valent. Ave, gratia plena, ave, sola humilium celsitudo, et inopum sola recuperatio, solaque orphanorum mater, pauperumque ac viduarum. Ave, gratia plena, ave, sola fatiscientium refocillatio, solumque tegmine carentium tegmen. Ave, gratia plena, ave, sola captivorum redemptio, solaque exsulantium pulsorumque revocatio. Ave, gratia plena, ave, sola aegrotantium visitatio, solaque infirmorum curatio, et eorum, qui a daemone vexantur, salus. Ave, gratia plena, ave, sola navigantium gubernatio, solaque eorum qui noctu iter agunt, viae comes, et sodalis. Ave, gratia plena, ave, quia nostrum omnium oculi in te quae sola pura es, spem

Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ἡ αἰ διαφυλάττουσα καὶ περισκέπουσα τὸ πτωχογενὲς ἡμῶν φύλον ἐν πειρασμοῖς, ἐν κινδύνοις, καὶ ἐν διαφόροις συμφοραῖς. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ὅτι οὐδεὶς ὥς σὺ πλὴν Θεοῦ τηλικούτον κεκληρονόμηκεν ὄνομα, ἢ τοιαύτης πώποτε τέτυχε δόξης. Χαῖρε, ἡ ὄντως ὑπερευλογημένη, χαῖρε, δι' ἣν ἡμεῖς σήμερον ὑπερκοσμίως τὴν ὑπερκόσμιον ταύτην πανηγυρίζομεν ἡμέραν. Χαῖρε, ἡ ὄντως ὑπερευλογημένη, χαῖρε, δι' ἣν ἡμεῖς σήμερον, ἑορτὴν ἑορτῶν, καὶ πανηγυριν πανηγύρεων πανδημεὶ ἑορτάζομεν. Χαῖρε, ὄντως ὑπερευλογημένη, χαῖρε, δι' ἣν ἡμεῖς σήμερον ἀγγελῆδον ἐπαθροίζομεθα ἐν τοῖς σοῖς ἀγιοθάτοις ναοῖς, καὶ μεγαλοφώνως σε γεραίρομεν. Χαῖρε, ὄντως ὑπερευλογημένη, χαῖρε, δι' ἣν ἡμεῖς σήμερον δίκην μελισσῶν ἐπισυναγρόμενοι πληθύνομεν τὴν ὕμνολογίαν, ὥς σὺ τὴν προστασίαν. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, δι' ἣν ἡμεῖς σήμερον φωτοφοροῦντες λαμπρῶς ἐν Ἐκκλησίᾳ σε μεγαλύνομεν. Χαῖρε, ὄντως ὑπερευλογημένη, χαῖρε, δι' ἣν ἡμεῖς σήμερον τὰ τοῦ Δαβὶδ σὺν τῷ Δαβίδ, καὶ τὰ τοῦ ἀγγέλου σὺν τῷ ἀγγέλῳ ἀνεκινήσαμεν λόγια. Χαῖρε, ὄντως ὑπερευλογημένη, χαῖρε, δι' ἣν ἡμεῖς σήμερον οἱ αἰχμάλωτοι ἐπαινέται ταύτην ἐξυφάναμεν τὴν τετραπλῆν τῶν χαροποιῶν προῤῥήσεων πεντακοντάδα· ἀλλὰ παράτεινον τὸ ἑλὸς σου, πανάγαθε Δέσποινα, τοῖς γινώσκουσί σε, καὶ ἴδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου καὶ

collocant, et te semper contuentur. Ave, gratia plena, ave, quae nobis semper humilibus praesidio es, nosque ab omni ira iusta et comminatione eximis. Ave, gratia plena, ave, quae semper custodis et lustrando foves egenum genus nostrum a tentationibus, periculis, variisque calamitatibus. Ave, gratia plena, ave, quoniam nullus praeter Deum tale tantumque nomen sortitus est, aut talis unquam gloriae compos fuit. Ave, quae vere super omnes benedicta es, ave, propter quam hodie, supra quam ferat mundus, excellentiorem mundo diem celebramus. Ave, quae vere es super omnes benedicta; ave, propter quam hodie solemnitatem solemnitatum, et celebritatem celebritatum populo omni coacto agimus. Ave, quae vere es super omnes benedicta; ave, propter quam nos in sacratissimis tuis basilicis congregamur, ut te alta voce collaudemus. Ave, quae vere es super omnes benedicta; ave, propter quam hodie apud more una intus collecti hymnorum cantum multiplicamus, uti nobis tu defensionem. Ave, gratia plena, ave, propter quam nos lumina gestantes, te splendide in Ecclesia extollimus. Ave, quae vere es super omnes benedicta; ave, propter quam nos hodie Davidis cum Davide, et angeli cum angelo oraculis praelusimus. Ave, ave, quae vere es super omnes benedicta, ave, propter quam nos hodie captivi laudatores quadruplicem hanc saluatoriarum compellationum pentacontadem contexuimus. Caeterum, optima Domina, misericordiam extendas

*661 ἐπὶ τὰ ἔργα σου, καὶ κατεύθυνον πάντας εἰς ὁδὸν εἰρήνης, ὅτι πάντων οἱ ὀφθαλμοὶ εἰς σὲ ἐλπίζουσι, καὶ σοῦ τῇ μεσιτείᾳ τὴν καταλλαγὴν τὴν πρὸς τὸν Υἱόν σου καὶ Θεόν, καὶ * Θεὸν ἡμῶν ἐσχήκαμεν· ᾧ δόξα, ᾧ κράτος, ᾧ σθένος σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ ὁμοφυεῖ καὶ ἀγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

*662 tuam in eos qui te noverunt: ac respice in servos tuos, et in opera tua, et cunctos dirige in viam pacis: quoniam omnium oculi in te sperant, teque sequestra, reconciliationem cum Filio Deoque tuo ac Deo nostro nacti sumus: * cui gloria, cui imperium, cui robur cum ipsius experte principii et eiusdem naturae Patre et sancto Spiritu, nunc et semper, et in infinita saecula saeculorum. Amen.

IN ANNUNTIATIONEM B. V. MARIAE ¹

PG
96, 643 Iam tempus est, fratres dilectissimi, ut hac Davidica voce ex-
clamemus: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine; omnia in sapientia fecisti.*² Etenim praesens solemnitas festivitatum nostrarum initium est, et nostrarum solemnitatum caput: unde orta est salus nostra, ac lex nostra initium habuit. Nos enim eramus prius avitae ac primigeniae rebellionis rei, et adiecto illi insuper gravissimorum peccatorum reatu, facti eramus tenebrarum incolae ac regionum mortis, nec ullus ex prophetis a Deo missis, et sanctis iustis, lumine nos illuminare poterat, redimendo a peccatis et nequitia praevaricationum nostrarum. Quamobrem creator ipse redemptor evasit, nosque sui ad nos accessus lumine illustravit, quemadmodum propheta ait: *Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam:*³ nobisque commissa sunt secreta adventus eius, cum ipse Gabrielem angelum misit annuntiatum miracula incarnationis suae. Hodierna
*644 dies solemnitatum nostrarum * est origo, et salutis nostrae initium. Hodie Filius Dei, qui temporibus anterior est, nunc temporis hominis Filius fit. Hodie initium est renovationis humanae naturae. Hodie facta est abolitio peccati primigenii. Hodie sanctificata est nostra natura, Creatoris in ipsa inhabitatione. Hodie digna evasit ut archangelis dominaretur. Hodie completum est tempus de quo prophetarum oracula personuerunt. Hodie tempus completum est,

2070

¹ Exstat inter op. dubia Ioan. Damasceni (cf. Lau 170).

² Ps. CIII (CIV), 24.

³ Isa. IX, 2.

quod sanctorum et electorum mentes desiderabant. Hodie Adam Creatori suo de progenie sua templum aedificavit, in quo tectus habitaret, et quod redimeret: Mariam virginem pretiosam, benedictam, sanctam, puriorem naturae Adamicae partem, et humanae stirpis reginam: puram, qua nulla usquam corpore purior invenietur in omni genere humano: sanctam, qua nulla inter creaturas futura est intellectuales quoad animam sanctior: gloriam Israëliticae gentis, ac stirpis Davidicae lumen: de qua avus ipsius David exclamat, propheticam vocem attollendo: *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui: et concupiscet Rex speciem tuam.*¹ Haec illa est, * cuius puritatis pulchritudinem concupivit Rex coelestis, misitque ad eam ministrum suum Gabrielen, ut ipsam salutatione laetitiae compellaret, certioresque faceret, esse se a Creatore electam, dicendo: *Ave, gratia plena; Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.*² Et quomodo benedicta non esset, et gratia plena, cum qua creaturarum Dominus fuit, copulando sibi ex ea templum quo opem generi ipsius afferret? Hodie qui format res omnes visibiles et invisibiles, effinxit sibi imaginem humanam. Hodie qui producit omnes creaturas spirituales et materiales, produxit sibi carnis figuram. O misericordiae Creatoris abyssum, et excellentiam descensus eius! Etenim cum ipse plasma suum liberare vellet, semet exinanivit, et accepit formam servi, similitudine inventus ut homo.³ O beneficiorum magnitudinem quae nemini pervestigabilis est! Nos enim rebelles in eum fuimus: ipse vero curam nostri suscipit. O bonorum istorum abundantiam, quorum pretium aestimari non potest! Nos equidem maxima peccata commisimus: ipse vero nos liberalitate sua ab eis redemit. Ipse sibi onus imposuit quod nos ferre oportebat, emitque nos sanguine crucis suae, ac liberavit a vinculo servitutis. Gloria sit magnitudini maiestatis eius, cuius non est finis.

*645

Quando angelum vidit Maria, turbata est ob sermonem eius, secumque cogitare coepit, undenam esset ista salutatio. Angelus vero dixit ei: Ne timeas, Maria; nacta es gratiam Dei. Ecce concipies in utero, et paries filium: et vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et filius Altissimi vocabitur. Et dabit ei Dominus Deus sedem David patris eius; et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis. Et ait Maria: Quomodo verum esse comperiam quod hoc mihi futurum sit, quando virum non cognosco? Angelus respondit, et dixit ei:

¹ Ps. XLIV, 11, 12.

² Lc. I, 28.

³ Philipp. II, 7.

*Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque sanctum in te genitum vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata et ipsa concepit filium in senectute sua, et hic mensis sextus est illi quae vocatur sterilis: quia difficile non est apud Deum omne verbum. Et dixit Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Tunc recessit angelus ab ea.*¹ Profecto gloriosa haec et illustris inter mulieres, gratiam nacta est apud Deum, cum ab eo electa est, ut corpus ex ipsa sumeret compingeretque ex sancto eius sanguine; ut ei non fuerit in anterioribus puritate similis, nec futurus in posterioribus pari sanctitate praeditus. Nestorium itaque vecordem et amentem pudeat. Nam sanctum quod ex perpetua virgine Maria natum est, Filius Dei appellandum erat, descendente in eam Spiritu sancto, eique Altissimi obumbrante virtute. Atque
 •646 clare etiam angelus *Trinitatis sanctae nominationem expressit, dum Spiritum sanctum, Altissimique virtutem, et sanctum ex ea genitum. Quin etiam manifesto indicavit substantiae Deitatis sanctissimae unitatem, voluntatisque simplicitatem. Non enim persona Patris, ac persona Spiritus sancti corpus assumpserunt. Incarnatio aeterni Filii facta est voluntate Patris, atque opera Spiritus sancti.

Laudetur initium benignitatis illius quae comprehendere nequit. Certe nobis angelus sospitationem protulit, cum eius nobis intellectum fixit, dicendo: «Nulla res apud Deum difficilis est»: ipsaque Maria, cum eximiae sanctitatis esset, excellentiam nobis monstravit humilitatis suae, angelum excipiendo, eique fidem integram posito timore adhibendo. In ea itaque completum fuit prophetae dictum: *Sed quem respiciam, dicit Dominus, nisi ad modestum, placidumque, ac reverentem sermonem meum?*² Iam certiores facti sumus, fratres, novimusque collatum nobis hac die nobilissima dierum beneficium; in ea, inquam, solemnitate, quae caeterarum est solemnitatum princeps. Gloriam itaque praedicemus illius glorificatione spirituali, eumque laudamus, collata nobis ab eo munera perpetuis praeconiis celebrantes, et gratias agentes ea gratiarum actione quam bona opera comitentur, offeramus ei sacrificia bonorum operum integra et absque vitio. Unusquisque quod valet, et quod vires ipsius assequuntur, offerat. Ac Deus quidem hoc iussit: *Non apparebis in conspectu meo vacuus.*³ Ipse autem summe laudabilis, qui omnium est bonorum causa, varias etiam donorum species suscipit, cum ipse omnia gratiarum genera impertiatur; laetaturque ob propensum offerentis

¹ Lc. I, 29-38.

² Isa. LXVI, 2.

³ Exod. XXXIII, 20.

animum. Quamobrem omnes simul accurramus, senes et adolescentes, aetate graves et iuniores, omne agmen et genus praevenientes ad honorandum dominam nostram ac nostrae naturae reginam, laudibus praedicantes puritatis eius decorem, perpetuam eius virginitatem reverentes: altitudinem denique sanctitatis eius honorantes, dicamus: O gloria filiarum, matrum decus! O genitricem viro incognitam! O virginem filio gravidam! O miraculum, quo missi a Deo prophetae perculsi sunt, et cuius gloria angelos sanctos superat! Propitia sis servorum tuorum, qui auxilium tuum implorant, deprecationibus. Intercede pro nobis apud Filium tuum Deumque tuum, uti peccata nostra condonet, infirmitati nostrae opituletur, liberet a Pharaone spirituali, sicut liberavit Israëlitas a gurgite, transire nos faciat huius mundi mare fluctibus furens, ventis abundans, requiem nobis praestet ab opere laterum et luti intellectualis, nosque tandem liberet ab crudelibus alienigenis, qui graves adversum nos inimicitias exercent, ut peccata et impietates * ipsorum ^{*647} agamus. O tu Maria, cuius non repellitur intercessio, nec recusatur oratio, quae simplici divinitati proxima es, propius ad Trinitatem sanctam accedens, quae altitudine cherubicis turmis sublimior es, et seraphicis agminibus excelsior: per te quamdiu in hoc pereunte mundo manebimus, auxilium ad bona opera facienda consequamur, liberemurque ab actibus sceleratis, et post nostrum inde transitum, ad Deum excelsum sempiternumque * perveniamus, ad voluptatem ^{*648} regni coelorum, et commorationem regionis vivorum, perennem vitam agentes, quam purgatae mentes desiderant, per Iesum Christum, qui causa est opulentiae nostrae, quam ipse nobis annuntiavit, cum nos salvos fecit: ipsi glorificatio et sanctitas, cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

LIBER DE SIMILITUDINE CARNIS PECCATI ¹

2071 [... Magi] ubi Hierosolimam venerunt, iuxta sensum saeculi ^{ETD 130} incunabula regis parvuli ab Herode rege velut a pueri parente perquirunt; quo non in palatio, non in augustis penetralibus invento — adeo velabatur salutis nostrae sub despectione maiestas — Bethleem ire praecepti sunt, ubi in gremio Mariae regium puerum Deus fulgenti stella velut digito monstravit [...] * Advenit [Christus] ^{*131}

¹ Morin attribuit hunc librum *Paciano Barcinonensi* († ante 392); hoc idem affirmat L. Tria. J. Madoz et P. Courcelle eum attribuunt *Eutropio* (saec. v ineunte) presbytero aquitano vel hispano. Cf. Al 382-383.

● ETD 146.

ut legimus, ignobiliter, advenit obscure, adeo ut Ioseph, qui pater interim putabatur, quod deferret in censum praeter virginem et uterum virginis nihil haberet. O si et nostra talis professio teneretur in saeculo! Conservaremus plane in corde nostro universa quae Dominus aut dixit aut gessit, sicut illo tempore Ioseph Mariaque faciebant.

SERMO DE INCARNATIONE DOMINI¹

SR
IX, 22

2072

*23

[...] Ἐπειδὴ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον τὸν Ἀδὰμ δολεροῦς ῥήμασιν ἠπάτη-
σεν ὁ διάβολος ὄντα ἐν τῷ παραδείσῳ διὰ τῆς γυναικός, διὰ τοῦτο ὁ κύριος
πρῶτον * ἐνόκισεν ἐν τῇ παρθένῳ, καὶ ἐσαρκώθη ἐξ αὐτῆς καὶ προῆλθεν ὡς
ἠθέλησεν, ἵνα πρῶτον τὴν Εὐὰν ἐκ τῆς κατάρας ἐλευθερώσῃ, καὶ πᾶν τῶν
γυναικῶν γένος λύσῃ τοῦ ἐγκλήματος· εἰ μὴ γὰρ οὗτος ἐκ τῆς παρθένου ἐγεν-
νήθη, ἀπεγνωσμένον ἦν τὸ τῶν γυναικῶν γένος· ὅτε δὲ ἐγεννήθη ὁ κύριος ἐκ
τῆς παρθένου, λοιπὸν καὶ Πέρσαι οἱ τὸ πρὶν μητέρας γαμοῦντες, νῦν παρθε-
νίαν φυλάττουσιν· κόραι εὐτελεῖς καὶ παῖδες νέοι, ἐν θερμῇ ἡλικίᾳ ὑπάρχον-
τες, τὸν καύσωνα τῆς ἐπιθυμίας καταπατοῦσιν· καὶ τότε γὰρ ἰσχυρὰ γέγονεν
ἡ παρθενία, ἐξ ὅτε τὸ ἀμάραντον ῥόδον Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ τῆς παρθένου
προῆλθεν.

Ἔστιν δὲ καὶ ἡ δευτέρα· εἰ μὴ ἐσαρκώθη ἐκ τῆς παρθένου, καὶ ἐκάλυψεν
τὴν θεότητα σαρκί, οὐχ ὑφίστατο οἰκουμένη φέρειν τὴν θεὰν τὴν ἐξαστρά-
πτουσαν τῆς θεότητος.

SR
IX, 22
*23

2072

[...] Quia diabolus dolosis per mulierem verbis deceperat pri-
mum hominem Adamum in paradiso degentem, * idcirco sibi ha-
bitaculum Dominus in virgine delegit, et in ipsa incarnatus, atque
eo quo voluit modo natus est, ut in primis Evam maledictione li-
beraret, cunctumque mulierum genus crimine illo expediret. Nisi
enim ipse de virgine natus fuisset, actum erat de sexu muliebri.
Postquam autem de virgine Dominus ortus est, iam Persae quoque,
qui antea matribus miscebantur, nunc servant virginitatem: puellae
humiles, puerique adolescentes, in aetatis fervore, concupiscentiae
vim domant. Tunc enim valida evasit virginitas, quum intemerata
rosa Christus Iesus processit de virgine.

Verumtamen aliam quoque causam in medium adferam. Nisi
Deus ex virgine prodiisset incarnatus, deitatemque corpore vela-
visset, mundus quidem conspectum eius deitate fulgentem non sus-
tinuisset.

¹ Sermo *Ps.-Eusebii* Ep. Alexandrini, sc. cuiusdam *Anonymi* saec. iv vel v.

HOMILIA ¹

- 2073 9. «Ἐγὼ γάρ, φησίν, καὶ πρὸ σαρκώσεως ὤφθην. [...] 11. Καὶ νῦν σαρκωθείς κατὰ ἀλήθειαν, ὡς εὐδόκησα, φαίνομαι, φυλάξας καὶ τὸ ἐκ μητρὸς παντελῶς ἀναμάρτητον». RB 58, 235
- 2074 13. Τίς γὰρ εἶδεν ὀφθαλμοῖς ἢ τίς ἐρμηνεύσαι δυνήσεται τόκον ἄρρευστον, καὶ γέννησιν ἄχρονον καὶ ὠδίνος πάσης ἐλευθέραν, καὶ υἷον τοῦ πατρὸς συναίδιον, καὶ κλάδον τῆς ρίζης συνάναρχον, καὶ θεὸν ἐκ παρθένου, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸ βρέφος, καὶ τὴν τεκοῦσαν ἀπεριέργως τοῖς λαληθεῖσιν πιστεύσασαν καὶ λέγουσαν· «Ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου· γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου». RB 58, 235
- 2075 38. Ἐὰν δὲ καὶ αὐτὴν τὴν θεοτόκον ἐπερωτῆσαι τολμήσω· «Πῶς γέγονας μήτηρ γάμου χωρὶς;» πάντως ἐρεῖ· «Ἄγγελος μὲν πρόωγν ἄφθαρτος, ἄνυμφος ἐτόλμησεν ἐπιστάς. 39. Καὶ λόγον ἤκουσα, λόγον ἐκύησα, λόγον ἀπέδωκα. 40. Ἔτεκεν γὰρ τὸ φῶς, καὶ τὸ πῶς ἀγνοῶ· τέκνον ἔχω, καὶ γάμον οὐκ οἶδα· γάλακτος προσφέρω πηγὴν, καὶ παρθενίας ἄκλοπον κέκτημαι νομήν. 41. Παιδίον ἐν ἀγκάλαις * βαστάζω· οὐ δύναμαι δὲ λέγειν πῶς γέ- RB 58, 241

- 2073 9. «Ego enim, ait [Verbum], ante incarnationem apparui... 11. Et nunc idcirco incarnatus clare apparui, sicuti volui, immutata tamen et absolute permanente matris integritate».
- 2074 13. Quis unquam vidit oculis suis vel quis explicare poterit immutabilem nativitatem, et generationem aeternam et ab omni dolore immunem, et Filium coaeternum Patri, et ramum cum stirpe pariter congeneratum, et Deum ipsum de Virgine natum, et puerum sine patre, et genitricem, et quam sine vana curiositate credidit verbis, quibus erat appellata, et exclamavit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum?* ²
- 2075 38. Si Matrem Dei ipsam interrogare audeo: «Quomodo effecta es Mater sine marito?», illa mihi sine dubio respondet: «Olim Angelus incorruptibilis et castissimus ausus est mihi astare. 39. Audivi verbum, Verbum concepi, peperī Verbum. 40. Lucem peperī et quomodo ignoro. Est mihi infans, matrimonium non novi. Adest in me fons lactis, virginitas tamen in me intacta permanet. 41. Parvulum ulnis meis porto; quomodo tamen mater effecta sim, eloqui

¹ Quam Homiliam edidit D. Amand « Une homélie inédite anti-nestorienne du v siècle », in *Revue Bénédictine* 58 (1948). Docti viri eam attribuunt S. Basilio Magno (S. Y. Rudberg) vel Proclo (Amand, Leroy) vel eius discipulo. Dubitat Caro. Cf. RPhTh 549.

² Lc. I, 38.

γονα μήτηρ. 42. Ἐγὼ δὲ τοῦτον ὁμολογῶ υἱόν μου, κτίστην μου καὶ δημιουργόν, παιδίον καὶ τῶν αἰώνων ἀρχαιώτερον ».

nescio. 42. Attamen recognosco uti filium meum eum qui Creator et Gubernator meus est, infantulus et simul perantiquus ».

DE NATIVITATE DOMINI¹

PL
17, 1201
(1240)

2076

Mysterium Ecclesiae,
Hymnum Christo referimus,
Quem genuit puerpera,
Verbum Patris in Filio.

Sola in sexu femina,
Electa es in saeculo,
Et meruisti Dominum
Sancto portare in utero.

Vates antiqui temporis
Praedixerant quod factum est,
Quia Virgo conciperet,
Et pareret Emmanuel.

Mysterium hoc magnum est,
Mariae quod concessum est,
Ut Deum per quem omnia,
Ex se videret prodere.

Vere gratia plena es
Et gloriosa permanes,
Quia ex te nobis natus est
Christus per quem facta sunt omnia.

Pastores qui audierunt,
Gloriam Domino cantarunt,
Cucurrerunt in Bethlehem
Natum videre Dominum.

Sic magi ab ortu solis
Per stellae indicium
Portantes typum gentium
Primi offerunt munera.

¹ « Hymne d'origine milanaise antérieure au vii^{ème} siècle » (M. SIMONETTI, in Lau 124).

Rogemus ergo populi
Dei Matrem et Virginem
Ut ipsa nobis impetret
Pacem et indulgentiam.

Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de Virgine, etc.

DE INCARNATIONE VERBI DEI ¹

- 2077 [...] Ὑποκλέπτειν τοίνυν οἶονται τινες τῶν ἀχρωμένων τὰς ψυχάς, ἀν-
θρωπον, φησί, λέγοντες ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν Λόγον· καὶ διὰ τοῦτο πρό-
οδον πεποιῆσθαι διὰ τῆς ἀγίας Παρθένου, καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον
ἀποτεθεῶσθαι τῷ Θεῷ Λόγῳ, οὐ συνιέντες τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, καὶ
τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ Μονογενοῦς τὴν χάριν μετρίαν ποιοῦμενοι.
Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω δεδιδάγμεθα· ἓνα, καὶ τὸν αὐτὸν ἴσμεν, ἀδελφοί, τὸν
διὰ τῆς ἀγίας Παρθένου τῆς Θεοτόκου Μαρίας γεννηθέντα, Θεὸν τέλειον,
καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἔμψυχον, λογικόν. Ταύτητοι καὶ Θεοτόκον λέγομεν
τὴν ἀγίαν Παρθένον, καὶ ἐνφικηκέναι οὐσιωδῶς τὸν Θεὸν Λόγον ἐν αὐτῇ οὐ
δοκῆσει, ἀλλὰ ἐνεργεῖ· τὸν αὐτὸν διμηνᾶϊον, καὶ τριμηνᾶϊον, Ὑῖόν τε Θεοῦ
ἅμα, καὶ Ὑῖὸν ἀνθρώπου. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰς τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ μὴν καὶ
τὰς ἐν ἐξουσίᾳ τῇ θεοπρεπεῖ φωνάς, ἃς διαγορεύουσιν ἡμῖν αἱ θεῖαι Γραφαὶ
περὶ αὐτοῦ εἰς ἓν * πρόσωπον συνῆχθαι φαμεν. Τὸν αὐτὸν γὰρ ἴσμεν ἐπὶ τὸ *1416
προσκεφάλαιον καθεύδοντα [καθήμενον], τὸν αὐτὸν τῇ θαλάσῃ ἐπιτιμῶντα

- 2077 [...] Sunt ergo qui in auditorum animos furtim ac per fraudem
irrepunt, Deum Verbum asserentes hominem assumpsisse, ac idcirco
per sanctam Virginem prodiisse, et hunc eundem hominem a Deo
Verbo deificatum esse; magnum illud pietatis mysterium non intelli-
gentes, dispensationisque Unigeniti cum carne beneficium parvifa-
cientes. Nos autem, fratres, non sic edocti sumus. Illum namque
qui ex sancta Virgine natus est, unum eundemque esse agnoscimus,
perfectum Deum et perfectum hominem anima rationali praeditum.
Hac etiam de causa sanctam Virginem Deiparam appellamus; Deum-
que Verbum non opinione, sed re ipsa in illa habitasse dicimus: eum-
dem bimestrem et trimestrem, Filium Dei simul, et Filium hominis.
Quin etiam voces illas, quas divinae Litterae modo humanitati,
modo divinae illius potestati * tribuunt, in unam dumtaxat perso-
nam convenire praedicamus. Eundem enim agnoscimus qui super
cervical dormiebat, et qui mare et ventos ex potestate increpabat: ² *1415

¹ Exstat inter op. S. Cyrilli Alex., sed est aetatis posterioris (cf. Lau 166).

² Marc. IV, 38.

ἐν ἐξουσίᾳ, καὶ τοῖς ἀνέμοις· τὸν αὐτὸν καὶ ἐπὶ τῆς ὁδοιπορίας κεκμηκότα, τὸν αὐτὸν καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης περιπατοῦντα, ὡς ἐπὶ στερεᾶς γῆς, ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ· ὁ αὐτὸς τοίνυν Θεός, ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ὁμολογουμένως. Τί γὰρ τὸ θαῦμα, εἰ ἄνθρωπός τις τῶν καθ' ἡμᾶς ἐν ἐξουσίᾳ δυνάμεις Θεοῦ ἐνεργεῖν [ἴσ. ἐν ἐξουσίᾳ Θεοῦ, δυνάμεις ἐνεργεῖν] λέγεται; Ἀλλ' ἵνα τὸν αὐτὸν Θεὸν Λόγον κεκενωῶσθαι ὑποδείξωσιν ἡμῖν αἱ θεῖαι Γραφαί, οὐ δοκῇ, ἀλλὰ ἐνεργείᾳ, ἓνα καὶ τὸν αὐτὸν ἡμῖν διαγορεύουσι προφητικοῖς, καὶ μὴν καὶ ἀποστολικοῖς κηρύγμασι, τὸν αὐτὸν εἶπον Θεόν, τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον. Θεοῦ τοίνυν ἡ σύλληψις ἡ παρθενική· Θεοῦ ἡ γέννησις· Θεοῦ ἡ κατὰ πάντα πρὸς ἡμᾶς, καὶ δι' ἡμᾶς ὁμοίωσις οἰκονομικῶς· Θεοῦ τὸ πάθος· Θεοῦ τοῖς ἐν φυλακῇ καὶ ἐν τῷ σκότει ἡ κήρυξις· Θεοῦ ἀνάστασις· Θεοῦ ἡ ἀνάληψις. Ὁ ἀχώρητος ἑαυτὸν δέδωκε κεχωρῆσθαι δι' ἡμᾶς ἐν τῇ τῆς Παρθένου μήτρᾳ, μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός, ἣν προσελάβετο ἐξ αὐτῆς. Ὁ ἀχώρητος ἐν σαρκὶ ἐχωρεῖτο· ὁ ἀναλλοίωτος ἐν ἀνθρώπου μορφῇ.

DIALOGUS CUM NESTORIO ¹

Pⁱ
76 249

Νεστόριος. Ὅταν ἡ θεία Γραφὴ διαλέγεται γέννησιν Χριστοῦ ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου [ῆ] θάνατον, οὐδαμοῦ τεθεῖσα φαίνεται Θεοῦ, ἀλλὰ

2078

eumdem qui ex itinere defatigabatur,² et qui super mare, perinde ac super solidam terram, sua potestate gradiebatur.³ Idem itaque citra ullam controversiam Deus simul et homo exsistit. Quid enim mirum esset, si nostrae conditionis homo quispiam Dei potestate munitus miracula patraret? Verum ut illud ipsum Dei Verbum non imaginatione, aut apparenti quadam ratione, sed re ipsa se exinanivisse, divinae Scripturae nobis ostendant, unum eumdemque Deum simul et hominem per prophetas et apostolos nobis diserte pronuntiantes dixerunt. Dei itaque erat illa ex Virgine conceptio, Dei nativitas, Dei similitudo, qua nobis nostri causa dispensatorie per omnia assimilatus est, Dei passio, Dei iis qui in carcere et in tenebris erant praedicatio, Dei resurrectio, Dei tandem in coelos assumptio. Qui capi non poterat, per carnem quam nostri causa ex Maria sumpsit, virginali utero concludi ac definiri sustinuit. Qui late omnia excedit, carne continetur. In quem nulla mutatio cadit, humanam formam subiit.

PG
76, 250

Nestorius. Cum divina Scriptura narrat Christi ex Maria Virgine nativitatem, vel mortem, nusquam apponit vocabulum Dei,

2078

¹ Non est *S. Cyrilli Alex.*, sed aetatis posterioris (cf. Lau 166).

² Io. IV, 6.

³ Matth. XIV, 25.

● PG 75, 1416.

Χριστοῦ ἢ Κυρίου ἢ Ἰησοῦ, ἐπεὶ δὴ τὰ τρία ταῦτα τῶν δύο φύσεων σημαντικά, ποτὲ μὲν ταύτης, ποτὲ δὲ ἐκείνης· οἷόν τι λέγω· "Ὅταν τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν ἡμῖν τοῦ Χριστοῦ μηνύει [cod. μηνύων] ὁ Ἀπόστολος, λέγει· «Ἐξάπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν γενόμενον ἐκ γυναικός»· οὐκ εἶπε δέ· Ἐξάπέστειλε τὸν Θεὸν Λόγον· λαμβάνει δὲ τὸ ὄνομα τὸ μηνύον τὰς δύο γενέσεις, ἥτοι Θεὸν [cod. Θεός] καὶ ἄνθρωπον, ἐπεὶ δὴ διπλοῦς ἐστὶν ὁ Χριστός· Υἱὸν γὰρ Θεοῦ ἐγέννησεν ἡ Παρθένος, καθότι ἔφησεν· «Ὑμεῖς δὲ θεοὶ ἐστε καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες»· ὅθεν Χριστοτόκον, Κυριοτόκον, ἀνθρωποτόκον ἐμάθομεν ἀπὸ τῆς Γραφῆς λέγειν, Θεοτόκον δὲ οὐδαμῶς ἐδιδάχθημεν λέγειν τὴν ἁγίαν Παρθένον.

Κύριλλος. Ἡσαΐας βοᾷ ἐν Πνεύματι λέγων· «Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἑμμανουήλ, ὃ ἐστὶ * μεθερμηνεύμενον· Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός»· Θεὸς οὖν ὁ τεχθεὶς, καὶ *252
θέλῃς, καὶ μὴ θέλῃς.

Νεστ. Ὁ ἄγγελος τῷ Ἰωσήφ εἶπεν· «Ἀνάστα, παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἵσθι ἐκεῖ ἕως ἂν εἴπω σοι»· οὐκ εἶπε δέ· Παράλαβε τὸν Θεὸν καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ.

Κύρ. Ἀλλ' ὁ ἀρχάγγελος Γαβριὴλ πρὸς τὴν Παρθένον λέγει· «Πνεῦμα

sed Christi aut Domini aut Iesu, quoniam tria haec duarum naturarum significativa sunt, modo unius, modo alterius. Exempli causa cum ex Virgine Christi nativitatem nobis innuit Apostolus, ait: *Misit Deus Filium suum factum ex muliere*.¹ Non dixit, «*Misit Deum Verbum*»; sed utitur vocabulo *filii* quod utramque naturam denotat, Dei scilicet et hominis, quandoquidem duplex est Christus. Nam Dei Filium peperit Virgo eo sensu quo dictum est: *Vos autem dii estis et filii Altissimi omnes*.² Quamobrem Christiparam, Dominiparam, hominiparam didicimus a Scriptura dicere, deiparam vero nunquam docti fuimus sanctam Virginem appellare.

Cyrillus. Isaias clamat in Spiritu dicens: *Ecce virgo concipiet et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum * Nobiscum Deus*.³ Deus erat itaque qui natus est, velis, *251
nolis.

Nest. Angelus Iosepho dixit: *Surgens accipe puerum et matrem eius, et fuge in Aegyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi*.⁴ Non dixit: Accipe Deum et matrem eius.

Cyr. Attamen archangelus Gabriel Virgini ait: *Spiritus san-*

¹ Gal. IV, 4.

² Ps. LXXXI, 6.

³ Isa. VII, 14.

⁴ Matth. II, 13.

ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται ».

